bum, Dei nomine inuocato, &c iunge, pronuncio dictum iudi-
cium eſſe nullum, pro eo quod dictus C. qui eſt filiusfamilias
ſine patris conſenſu conteſtatus eſt litem in iudicio ſupra dicto,
ut C de bon. quæ liber. cum nõ ſolum. ¶ Porro ſi iudex ferat ſen-
tentiam ſuper proceſſu coram alio habito, ita dicet:

¶ FORMA. Cum olim inter talem & talem, & ſuper hoc quæ-
ſtio coram tali iudice verteretur, coram eo libellus oblatus exti-
tit continentiæ talis: Coram. &c. Lite igitur ſuper libello ipſo co
ram eo legitime conteſtata, &c. ut ſupra in prima forma: uſque,
habuerit pro ꝯcluſo. poſtea iunge, verũ eodẽ, ſicut Deo placuit,
viã vniuerſæ carnis ingreſſo, vel ab officio remoto, vel in remo-
tis agente, nos in cauſis omnibus, quę coram eo ventilabantur,
vel in cauſa ipſa, eidẽ per talem fuimus ſubſtituti: ergo, &c. vt ſu
pra in prima forma ff. de iudic. edictum. extra de in integrum re
18 ſtitutione, tum ex literis. ¶ † In matrimonio autem, vel ſponſali-
bus ſic dic:

¶ FORMA. In Dei nomine, amen. Cum nuper coram nobis tali
officiali inter tales ſuper fœdere matrimonii orta foret materia
quæſtionis, ipſa M coram nobis libellum obtulit continentiæ ta
lis. Coram. &c. Lite igitur, &c. ut ſ. in forma prima uſque, nomi
ne pro eodem. iunge, prefatum P. ab impetitione eiuſdem ſentẽ
tialiter in ſcriptis abſoluimus, eidẽ ſuper impetitione eiuſdem
P. perpetuum ſilentium imponentes, danteſque eidẽ P. licentiã
nubendi in domino, cui uolet, extra de ſecundis nup. c. pen. & fi.
Vel ſi probatum fuerit matrimonium, pronunciabitur matri-
monium legitime inter eos contractum fuiſſe, & adiudicabitur
vir mulieri: & pronunciabitur, eum debere cogi cohabitare eidẽ,
& eam maritali affectione tractare, ut extra de ſpon. ex parte. in
fi. & c. veniens j. hęc forma probatur in auth. Colla. ix. de eccl. tit.
§. ſi quis in ſua domo In cauſa autem matrimoniali per procura
torem cõtracta, utrum ſentẽtia formabitur in perſonam procu
ratoris, dixi ſ. de defen. ver. quid de cauſa. Sed ſi de ſponſalibus a-
ctum fuit, & probata fuerint, dices ſic:

¶ FORMA. Pronuncio ſponſalia inter eos legitime ꝯtracta fuiſ
ſe, & valere de iure, ipſumque P. cogendum per cenſuram eccle
ſiaſticam ad perficiendum matrimonium inter eos: hoc ſaluo, ꝙ
19 iuxta modum petitionis ſententia dictetur, ut ſupra dixi. ¶ † Et
ſcias, quod quidam in ſententiis nõ ponunt tenorem libelli, ſed
ſummatim mentem petitionis primus tamen modus nobis pla-
cet, & ſic uſus curiæ Romanæ obſeruat. ¶ Quod ſi actum fuerit
ad diuortium, iuxta præmiſſas formas ſententia dictabitur, uer-
bis competenter mutatis: hoc ſaluo quod in ſententia cauſa di-
uortii exprimatur extra de diuor. ex literis Si autem arduum ſit
negotium, incipias cum prefatione ſic:

¶ FORMA. Vt noſtrum prodeat de uultu Dei iudicium, & ocu-
li noſtri uideant æquitatem, &c, ut extra ut ec. benefic. ut noſtrũ.
Vel ſic:

¶ FORMA. Præſidente rationis imperio in animo iudicantis, ſe
det in examine veritatis pro tribunali iuſtitia & quaſi Rex in ſolio
iudicii rectitudo, de cuius ore procedit gladius bis acutus, cuius
etiã aſpectu terribili propriæ uoluntatis diſſipatur arbitrium re-
proborum: quia noxius appetitus ſine perſonarũ delectu ſub iu
ris regula limitatur. hæc enim recta fuit æterni ꝓuidẽtia iudicis,
de cuius vultu recta iudicia procedũt, ut recti iudicis eligerẽtur
in orbe, qui terram iudicent, iuſtitiam diligãt, & eorum oculi re-
ſpiciant ęquitatem Hoc profecto velut Dei teſtamentum, quo
filios hominum recte iudicare iuſſit, per quod fœdus humani ge
neris in tranquilitate cõſiſtit, ſolicitudine vigili, ac diligenti ſtu-
dio ſunt à cunctis firma ſtabilitate ſeruanda. nam pacem pariunt
modeſtiam nutriunt, lites perimunt, ſua vnicuique ęquo librami
ne tribuunt, iurgiorum materiam reprimunt, delinquentes
niunt, alterum lędi ab altero non permittunt. Sane, &c. recite
negotium. Ex hac autem præfatione membratim diuiſum pl
poteris formare:
20 ¶ † Si autem ſententia diffinitiua à iudice delegato, vel ſubdele
to feratur, ſic dicet:

¶ FORMA. In Dei nomine, amen. Nos talis iudex, a ſede apo-
ſtolica in tali quæſtiõe inter tales deputatus, olim literas apo
licas recepimus ſub hac forma: Clemens epiſcopus, &c pone
verbo ad verbum: poſt iunge, Quarum ſi quidem auctoritate
lem corã nobis in iudiciũ ad inſtantiã B. fecimus euocari: eo ve
ro comparente ei per ipſum B. corã nobis libellus porrectus e
titit in hac forma, Coram vobis, &c pone totum, poſtea iung
Lite igitur, &c. ut ſupra verſi. cum fertur. extra de eo, qui mit
21 poſ cauſa rei ſer. c cum veniſſent. ¶ † Notarius autem ſic ſe ſu
c ſcribat [c]: Et ego tali auctoritate notarius prolationi huiuſmod
ſententiæ interfui, & de mandato dicti iudicis predictas commi
ſionis literas vidi cum vera bulla in filo pendenti, nõn cancell
tas, nõ vitiatas nec in aliqua ſui parte abolitas: & cum tenorẽ d
verbo ad verbũ in hac ſentẽtia appoſui, nil addens, uel minuẽ
per quod rei veritas immutetur, & diligẽtes etiã auſcultaui, qui
iudex ad ipſius ſententiæ confirmationẽ & robur his ſuã aucto
ritatem interpoſuit & decretum. Operatur aũt hęc ſubſcriptio
quia licet poſtmodum reſcriptum apoſtolicũ perdatur, nihilo
nus ſtabitur ſententiæ tali, C. de teſtam. l. publicari. extra de fi
inſtru. c. ii quod alias non fieret, ut eod. tit. c j. Idem etiam co
ſulo de iuſtrumentis procurationum, & aliis: quibus perditis ſe
tentia non valeret. de hoc extra de officio delegati, cũ in iure.
ſupra de inſtrum. edit. § nunc dicamus. verſi. illud autem. & §. re
22 ſtat. verſicul. in ſumma. ¶ † Cęterum ſi ſit auditor palatii dom
ni Papę, dicet ſic:

¶ FORMA. Cũ cauſam appellationis & negotii principalis: v
pone alterum tantum, prout continget, quæ inter talem & ta
ſuper hoc & rebus aliis vertitur, nos magiſter Gulielmus Dura
dj, domini Papæ ſubdiaconus & capellanus, ac palatii ipſius d
mini Papę generalis auditor, audiẽdã ſuſcepimus, & fine debit
terminandã: & hoc, cum cã eſt ciuilis: vel fine canonico, cum c
ſpiritualis, vel matrimonialis, ut ſupra de reſcrip. preſent. §. r
formæ. ver. item quod vbi. & hoc quando audit tãquam gene
lis auditor, ſententiæ cõmiſſione ſpeciali à parte aditus, ut ſup
de iud. deleg. §. iam nunc. ver ſed nunquid. in fi Si vero domi
Papa ei ſpecialiter commiſit, dicat poſt verbũ, Vertebatur: Sa
ctiſſimus pater dominus Clemens Papa IIII. nobis tali audi
dam commiſerit, & fine canonico, vel debito, terminandam, t
dem in cauſa ipſa libellum recepimus in hac forma: Coram, &
Lite igitur, &c vt ſupra ver. cum fertur. uſque, cauſæ meritis, p
ſtea iungat, factaque domino noſtro ſummo pontifici relati
fideli, deliberatione quoque nobiſcũ, &c. ut ibidẽ vſque, repl
tur. Iunge de ipſius domini ſpeciali licentia & mãdato nobis
cto oraculo uiuæ vocis præfatum C. &c. ut ſequitur in eadẽ fo
ma, extra de iud. c. cum Bertholdus. & ſupra de relat. §. qualite
in fi. ¶ SI AVTEM SIT ARBITER, qui ſñiã ꝓfert, di
ut ſupra de arbitris, §. vt aũt. uer. cognitio. Qualiter autem pron
ciabitur ſententiam eſſe exequendam, dic, ut infra tit. prox. §.
quitur. Item qualiter pronunciabunt arbitri ſuper exceptio
ſuſpicionis electi, ſupra de recuſa. §. qualiter. verſicul. ut auten
23 ¶ † PORRO ſi agatur cauſa criminalis, puta iniuriarũ, ſic dic

¶ FORMA, Quoniã T. accuſatus à P quod verba iniurioſa ſi
dixiſſet, uidelicet quod erat latro, uel leno, & idem P. ſuam pl
ne nequiuerit probare intentionem, idcirco dictũ T. à prefa
accuſatione ſententialiter abſoluimus, eidẽ P. ſuper ea perpetu
ſilentium imponentes, & eum in decem libras Turon. conde
nantes, ext. de iureiuran. Quintauallis. xv. q. j. illud. Si autem act
fuerit criminaler ad pœnam ſanguinis, & probata ſit accuſato
ris intentio, ita dicet:

¶ FORMA. Quoniam T. accuſatus coram nobis à P. quod iden
T nuper die tali talis mẽſis, loco tali in H. fratrem eiuſdem P.
lancea inſultum fecit, & eum cum ea in pectore percuſſit, ex qu
percuſſione idem H. confeſtim cecidit, & obiit, ſe præfatum ic
feciſſe coram nobis ꝯfeſſus eſt legitime. & de hoc ẽt alias per p
bationes legitimas nobis conſtat: idcirco dictum T. ad pœna
capitis ſententialiter ꝯdẽnamus, ita quod caput ſibi pręcidat
ſic, ut moriatur: uel, ſi clericus erat accuſatus, dicas, cũ ab officio
& b

ADDITIONES.

a Condemnamus. ¶ Si petebat illum pronunciari illegitimum, non co
gruerent hæc verba: ſi vero petebat eum condemnari ad reſtitutionem b
norum paternorum, quæ poſſidebat debet etiam id exprimi.
b Nihil. ¶ Sol. ibi in gl. j. & vide, quod dixi ſupra §. proximo, uer. porro.
c Subſcribat. ¶ Verba Aegid. verſicu. ſupra, ſcilicet centeſimo ſexageſimo-
nono.

& beneficio ducimus deponendum,& perpetuo carceri manci-
pandum ſententialiter in his ſcriptis condemnamus,ext. de iud.
at ſi clerici.& c.cum non ab homine de verb.ſignifi.c. nouimus.
Magis tamen placet,vt forma libelli in ſententia inſeratur, vt prę
dixi,& infra in tractatu libel. in titulo de homicid. Si vero nihil
probatum fuerit,dicat ſic:
¶FORMA.Quoniam T.&c.ut ſupra proxim.vſque.& obiit.&
iunge& cum de hoc aduerſus dictum T.nulla ſufficiens proba-
tio appareat, nec de hoc aliquo modo nobis liquere poteſt, id-
circo à præmiſſa accuſatione eum ſententialiter abſoluimus, ei-
dem P.ſuper ea perpetuum ſilentium imponentes, extra de ac-
cuſ.illa.ii.q.vltima,ſciant.Si vero iudex velit aliquem ex cauſa
aliqua mulctare.ſic dicet:
¶FORMA.Quoniam T.conuentus & citatus ex parte noſtra
per talem huius curię curſorem,ut die tali, pro tali cauſa corā
nobis ſub pœna decem librarum comparere deberet, ipſeque
contumaciter recuſauerit comparere: idcirco prompti inobe-
dientiam eius vlciſci,niſi is etiam hinc ad talem diem ſe præſen-
tare curauerit coram nobis,eum puniendo mulctamus, & mul-
ctando punimus in decem libras:vel ſic.
¶ FORMA. Cum cauſa, quæ inter B. & C. vertitur, in noſtra
præſentia tractaretur,idem B. præfato C. in noſtra & aſtantium
preſentia,quorum teſtimonia in ſcriptis redigi fecimus, verba
contumeliæ & iniuriæ proferre non erubuit dicendo ſibi, quod
per gulā mentiebatur,quodq;ſe adhuc de eo vindicaret quoniā
igitur res eſt mali exempli,locum iuris & iuſtitię iniuſtis lacera-
re conuitiis,idcirco præfatum B.in c.ſolidos puniēdum mulcta
mus,& mulctando punimus prætextu paupertatis,& ſimpliciter
pœna nihilominus mitigata,extra de officio delegati, cum ſu-
per abbatia.in parte deciſa,ſecunda quæſtione j §.finali. De hac
24 mulcta dixi ſupra eod.§.ſpecies.¶†IN IVDICE autem appella
tionis not.quod triplex eſt eius officium.¶Primo,ut confirmet
vel infirmet priorem ſententiam quod intellige,quando in cau-
ſa appellationis nil noui proponitur, & vnicus tantum eſt arti-
culus,extra de in integrū reſtitut.ex literis.in ſecunda queſtio.6.
in fine,C.de epiſcop.audien.auth.ſi quis litigantium.extra de re
iudic.abbate.in fin.lib.vj.6.quæſti.iii.Oſius.in fin.Si uero plures
ſint articuli, poteſt in uno infirmare,& in alio confirmare, extr.
de teſta.Raynutius.& c.Raynaldus.extra de priuileg.cum olim.
prope fi.& ſupra §.ſpecies.uerſicu.diffinitiua.¶ Secundo debet
emendare,vel corrigere,ſicut poteſt,C.de reb.cred.generaliter
§.ſin autem ¶ Tertio debet pronunciare primam ſententiam
iuſtam. uel iniuſtam;ut ii.q.vj.§.diffinitiua.in fin. C. de appellati.
eos.in prin.ſecundū Vbert.& dic,ut infra in tractatu lib. de app.
§.nunc dicendum. verſicul. ſi uero a ſententia & in Summa do.
mei eodem titulo,§.qualiter.Poteſt etiam adhærere, ut extra de
a teſta. Raynutius.Argum.contra C de appellat. eos.in princip.[a]
25 ¶†Vbi autem appellatum eſt a ſententia, quę ipſo iure non va-
let,iudex pronunciabit appellationem iniuſtam, inſerta cauſa:
b quod dic,ut no.C.quando prouo.neceſſe non eſt,l. j. [b] ¶ Vt au
tem res exemplo ſubiiciatur,in cauſa appellationis à grauami-
ne,vel interlocutoria interpoſitę ſententia ſic formabitur.
¶FORMA Nos P.iudex delegatus à tali,in cauſa,quæ vertitur
inter tales,libellum recepimus a tali in hac forma: Coram, &c.
ponatur totus tenor libelli.Lite igitur,&c.ut ſupra verſic.cum
fertur.vſque,repleatur.iūge ſententialiter pronunciamus,talem
bene & legitime appellaſſe,& talem perperam proceſſiſſe,& in-
terlocutum fuiſſe,& ad nos iuriſdictionem procedendi in prin-
cipali deuolutam eſſe:uel ecōtra.& tunc dicas,ipſumque remit
tendum eſſe & remittimus ad iudicis prioris examen, condem-
nantes eum inſuper in x.danda & ſoluenda ipſi tali, quæ conſtat
eum occaſione dictę appellationis expendiſſe. hæc probantur
extr.de app.ut debitus.ii.q.vj. ei qui.§ pen.in fi. ad fin. q. Poteſt
etiam iudex,ut dicūt,appellatū, qui per priorem iudicem abſo-
26 lutus fuerat,condemnare,ut ff.iudic.ſol.l.pen. ¶† Sed nunquid
iudex appellationis ꝓnunciando iniuſtā ſententiam,& appella-
tionem fore ligitimam uideatur per conſequens condemnaſſe?
videtur quod ſic,ut not.C.de ſent.& interloc omnium iudi.præ
ſes. Vtrum autem dabitur libellus in cauſa appellationis ante
ſententiam interpoſitæ,uide infra de libel.con.§.nunc uidendū
in fin.In cauſa vero appellationis a ſententia interpoſitæ habet
iudex confirmare,uel infirmare priorem ſententiam, & in ex-
penſis condemnare,male appellantem ut dictum eſt:unde tunc
ſic poteſt ſententia formari:
¶FORMA.In Dei nomine,amen.Ego P.iudex delegatus à tali
epiſcopo, vel a Papa deputatus in cauſa appellationis interpoſi-
tę per talē à ſentētia talis,ſcripta manu talis notarii, cuius ſentē
tię tenor talis eſt:In nomine domini, &c.ponat totus tenor ſen
tētię:quo facto ſubiungas ſic, Viſa appellatione prædicta, & e-
tiā commiſſione ipſius appellationis mihi facta a dicto domino
tali,ſcripta manu talis notari,de qua habes in tit.de appe.§.de of
ficio quoq;.verſi.ꝙ ſi ſuperior.uiſis inſuper & auditis, &c.ut ſu
pra uerſi. cum fertur.uſque ibi,repleatur, &c.poſtea iunge,præ
dictam ſententiam a tali latam confirmo,uel infirmo,& pronū
cio bene iudicatum,& male appellatum,& talem in expenſis cō
demno:uel econuerſo:uel ſic:prædictam ſententiam in hoc con
firmo,& male appellatum fore pronuncio,& in hoc eam in fir-
mo,& bene appellatum eſſe pronuncio hęc probantur in prædi
dicta concor. Vel poteſt alio modo ſic formari.
¶FORMA.In Chriſti nomine, &c. Cum olim inter P. & M.ſu-
per hoc coram tali ordinario,uel delegato queſtio uerteretur,
iudex illam diffinitiuam contra P. duxerit ſententiam promul-
gandam.Porro eodem P.ab hac ſententia appellante, venerabi-
lis pater talis Epiſcopus,uel ſanctiſſimus pater dominus clemēs
Papa iiij.cauſam appellationis huiuſmodi nobis tali audiendam
commiſit,ac fine debito, uel canonico terminandam. Partibus i-
gitur ad noſtram pręſentiam euocatis, & conſtitutis. prænomi-
natus P. libellum obtulit in hunc modum: Coram &c. poſito
toto tenore libelli ſubiungat: Nos igitur uiſis & auditis, &c.ut
s̃.uerſicul. Vtrum autem iudex, à quo petitur ſententia,uel pro
ceſſus infirmari,uel nulla pronunciari,poterit cōfirmare, vel ali
quam pronunciare, illo qui hoc petit, in probatione defi-
ciente,niſi altera pars id petierit,no.ſecundū Papā,ext.de of iud.
deleg.

ADDITIONES.

a In principio. ¶ Ibi de hoc in gloſſ not.formam. uide, quod dixi de teſta.
Raynaldus.parte ii.ſub uerſic.condemnauit. Et plenius ultra,quæ ibi ſcri-
pſi,ſciendum, quod an ſit ſatis pronunciare ſententiam,uel appellationem
iuſtam,uel iniuſtam:fuerunt opiniones diuerſæ.Prima,quæ placet Accur-
ſio in præd.l.eos.tenet,quod ſic, per textum ipſius legis in fine primi reſpō.
& ultra duas leges,quas ibi alleg. facit ff. ad legem Falcid. in ratione,& l.
cum quidam.& l. furti.§ j.ff.de his.qui not.infam. Secunda fuit, quod fieri
debet abſolutio,uel condemnatio:& pro iſta facit ff. iudi. ſolui.cum apud.
ff.de.re iud.l.j.C.de ſenten.& interlocut. omnium iudic. l. præſes.ii. quæſt.
ſexta,§.diffinitiua.in prin & ad l.eos.reſpondent iſti,quod ibi textus dicit,
liceat.non dicit,ſufficiat. Tertia opinio adhærens primę,hoc addit, quod
etiam iudex debet confirmare,uel infirmare primam ſententiam:& hoc ad
dendo non habet neceſſe abſoluere,uel condemnare,pro hoc facit C.de v-
ſur.rei iudic.l.ii.C.de epiſcopali audient.authentic.ſi qui litigantium. & C.
de temp.appellat.authent. ſi appellatione ſecuta. ad fin. extra de re iudic.
cauſam.in fin.de reſtitut.ſpoliat.cum ad ſedem,in fi. Quarta opinio diſtin-
guit,an reus fuerit condemnatus, an abſolutus in cauſa principali: ut pri-
mo caſu procedat prima opinio in omnem caſum, id eſt,ſiue pronuncietur
pro condemnato,ſiue contra:& idem ſecundo caſu,quando fuit abſolutus,
ſi pronuncietur male appellatum.Si vero pronuncietur bene appellatum,
abſolutus in principali condemnandus eſt per iudicem appellationis: ꝙ
placuit Iacob.Bal.per l.tutor.in princip.ff.de vſur.& hic aduerte,quia pri
ma opinio uult quod pronunciatio iuſtæ appellationis interiectæ ab acto-
re à ſententia abſolutoria contineat tacitam condemnationem, ut not.in
prædic.l.præſes.de ſentent.& interlocut. & dicitur in uerſicu. hic ſequent.
quod etiam placet Odoffred.in l.eos.& Alber.Gal.de ap. uerſi. pone quę-
ſtionem Et hęc iſta ultima opin.in ultimo membro negat pro qua facit de
teſta.Raynutius.uerſicul.cum autem.ibi,ad cuius.& c.Raynaldus.uerſic.
condemnauit.&,ut ibi dixi poſt Hoſtien.Iudices noſtri temporis, quando
pronunciant bene appellatum,communiter condemnant abſolutum:& ab
ſoluunt condemnatum,& hoc eſt commendabile. Tamen ultima opi. ueri-
tatem habet,quę patet ad ſenſum.fit enim in principali condemnatio, uel
abſolutio:à prima reus appellat,à ſecunda actor.tollamus primam,ſi pro-
nunciet iudex appellationis ſententiam iuſtam, uel appellationem, iniu-
ſtam quod plus expedit actori,non habet condemnationem cuius petet
executionem.Econtra ſi pronunciat ſententiam iniuſtam,uel appellatio-
nem iuſtam, quod plus expedit reo,nonne contra condemnationem ha-
bet ſolidam defenſionem?Item ſi in abſolutoria pronuncietur ſententia iu
ſta,uel appellatio actoris iniuſta,quod plus expedit uictori,cum abſoluto-
ria ſuam executionem habet:ſed in caſu conuerſo,ſi pronunciatur ſenten-
tia iniuſta,uel appellatio iuſta,actor habet,quod abſolutio habetur pro nō
facta:ſed conſtat,quod potuit male abſolui, qui tamen non debuerat con-
demnari:quid ergo petit actor hoc caſu?dicet ne,ago,quia fuiſti abſolutus,
& abſolutio fuit reuocata:hic non concludit obligationem,ut dixi. Patet
ergo ad ſenſum ut dixi,huius opinionis veritas coloratur etiam per iura,
quæ uolunt,difficilius obligari,quam liberari,ff.de action.& obligat.Arria
nus.extra de proba.ex literis.&.vtrobique concord. Quod autem iudex ap
pellationis abſolutum condemnare poſſit,non dubitatur, per l.penul.ff.iu
dic.ſol & patet de teſtam.Raynutius.& c. Raynaldus. ADDE, quod Bal.
in l. eos.tenet,quod ſufficiat,ſi iudex appellationis dicat, ſententiam pri-
mam iuſtam, vel iniuſtam. & ibi dicit eſſe caſum: & idem ibi tenet Pau.
de Caſtro.
L.j. ¶ In multis foris ciuilibus hoc ſeruatur:Canoniſtæ non ſeruant:quia li-
b cet exprimat appellationē iniuſtā,quia ſententia fuit nulla,appellatus ex iniuſtitia
appellatiōis petet expenſas factas in inſtātia appellationis q̄ pronūciata
eſt iniuſta: dixit Iaco.de Aren. iudicem appellationis pronunciare debere
ſententiam nullam.& appellationem ex ſuper abundanti interpoſitam, al-
leg.eod.titul.de app.nominationes.C.qui pro ſua iuriſdictione l.j.ff.de iu
re patro.l.fin.& famil.erciſcun.l. quædam mulier. vbi videtur expreſſum
hoc ponit etiem Cy.in l.eos,& vide infra §.iuxta.ſcilicet antepen
tiam auctor.in fin.allegat prædictam l.quædam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a deleg. cum contingat [a]. ¶† Sed pone: ecce oppoſui actori in lite
27 principali exceptionem pacti de non petendo, & probaui: actor
uero oppoſuit mihi exceptionem pacti de petendo ſed non pro
bauit, licet in ueritate ſibi feciſſem pactum de petendo non ob-
ſtante priori pacto, ideoque iudex me abſoluit, nunc in cauſa ap
pellationis probat actor illam exceptionem: queritur, qualiter
iudex pronunciabit male fuiſſe iudicatum, cum primus iudex be-
ne pronunciauerit, ſecundum acta coram ſe habita? Reſpon. de
bet ſic dicere:
¶FORMA. Quia talis in principali cauſa non oppoſuit, uel non
probauit talem exceptionem, quæ ſibi in ueritate competebat,
vel oppoſitam non probauit & nunc eam probauit, ideo ſenten-
tiam primi iudicis emendo, uel reformo, ff de app. l. j. extra de in-
integ. reſt. tum ex literis. in fin. & ſupra uer. in iudice. in prin. Si eſ
nim ſimpliciter pronunciaret, illum male pronunciaſſe, minui
bene diceret. Debet ergo illum excuſare modo prædicto, uel d-
cendo, inſtrumentum, per quod nunc probatur, non fuiſſe co.
ram illo productum, & huiuſmodi, extra de priuileg. cum olim.
prope fin. ix. diſt. ego. in auth. Colla. v. ut defun. ſeu fu. eo. in prin
extra de fi inſtru. cum Ioannes. in fin. Vel dic contra prout not.
C. de appellat. leg. eos. reſpon. j. in fine. ibi, etiam. & ſupra §. ſpe-
cies not. utrum deberet dicere Condemno, uel Abſoluo. Iu-
dex autem appellationis poteſt reum condemnare, ut ff. iu. ſol.
l. pe. extra. de appel ut debitus. Qualiter autem pronunciabit iu-
dex, cum is. cuius intereſt, ſe opponit contra ſententiam, & pro-
bat in cauſa appellationis, not. ſecundum Papam, extra de ſent.
& re iud. cum ſuper.
28 ¶† IVXTA præmiſſum ordinē uidendum reſtat de formis ſen-
b tentiæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti [b], & abſo
lutionis. Si igitur in cauſa criminali ante litem conteſtatam con-
tumax ſit, excommunicandus eſt, ut ſupra de contu. §. ſequitur
uidere cuius excommunicationis forma talis erit:
c ¶FORMA ſententię excommunicationis [c] Cū P. presbyter de
tali loco in noſtra præſentia conſtitus, à G ſuper variis criminib.
ſcilicet ſimonia, periurio, adulterio &c. accuſaretur, ipſe nedum
cum aduerſario noluit in iudicio experiri, uerum etiam contu-
maciter contra noſtram inhibitionem a noſtra diſcedens pręſen
tia, noſtris ſæpe uocatus literis & nunciis, comparere contemnit
cuius rei cauſa ipſum contumacem reputauimus, & ob hoc eum
in his ſcriptis auctoritate Dei omnipotentis. & beatorū apoſto-
lorū Petri & Pauli, & noſtra, excommunicationis uinculo inno
damus: extra de iudic. c. j. extr. de ſent. excō. cum medicinalis. li.
6. tradentes eum quamuis abſentem, Satanæ in interitum carnis,
ut ſpiritus eius ſaluus fiat in die iudicii. hæc probantur ii. qu. 1. de
manifeſta. xj. quæſt. iii. audi. 23. quæſt. 4. qui peccat in princip. &
c. quid crudele. extra de app. cum ſit Romana. in fin. 24 q. 1 §. ſin
autem. uer. unde apoſtolus eum, &c. & quæ. 3. notandum. ad fin.
xlv. diſt. non licet. Quod ſi excommunicatur cum ſuis participi-
d bus, ſic poterit dici, Habeto [d] itaque cū his, qui tibi conſentiūt,
plene condēnationis ſententiam, ſublatumque tibi nomen &
munus ſacerdotii agnoſce, ſancti ſpiritus in iudicio, & noſtra au-
ctoritate dānatus, & anathematis in cōſpectu dei & ſanctorum
angelorum, ut 23. q. 4. Guiliſarius. & hoc in ordinario iudice. De-
legatus autem cæteris verbis retentis, ubi dicit, auctoritate Dei
omnipotentis, &c. dicit, auctoritate mihi commiſſa, uel ſic:
¶FORMA. Cū de talis presbyteri exceſſibus nobis fuiſſent fre-
quenter uaria nunciata, nos uolentes ex officio noſtro ad inqui-
rendum deſcendere & uidere, utrum clamorem, qui ad nos per-
uenerat, opere compleuiſſet: eundem per noſtras citauimus lite
ras, ut coram nobis certo termino perſonaliter compareret: ip-
ſe uero nec per ſe, nec per alium, in pręfixo ſibi termino compa
rere curauit: quare ipſum reputantes merito contumacem, in
his ſcriptis, &c. ut ſupra proxim. 2. quæſtione j. Deus omnipo-
tens. extra de accu. qualiter. 2. Eodem etiam modo poteſt quis
excommunicare eum, qui in cauſa ciuili contumax reperitur, fa
cta competenti narratione, qualiter cognoſcens de cauſa, quæ
inter tales vertitur, citauit talem, qui ſe contumaciter abſenta-
uit, extra ut lite non conteſt. quoniam in fin. & extra de poſtul.
29 prelat. c. 1. ¶† Illud autem ſcias, quod in enormibus delictis &
contra tyrannos claues eccleſiæ contemnentes quandoque fer-
tur ſententia excommunicationis per epiſcopum cum magna
ſolennitate: & hoc dicitur anathema debent enim xij. ſacerdo-
tes epiſcopum circumſtare, & lucernas ſeu candelas ardentes in
manibus tenere, quas in concluſione, ſeu in fine anathematis, ſeu
excommunicationis proiicere debent in terram, & pedibus con
culcare: deinde epiſtola per parochias mittatur continens excō-
municatorum nomina & excommunicationis cauſam. hæc le-
guntur xj. q. iii. debent. & illæ candelæ non debent ſumi poſtea
e ad aliquem uſum. ſecundum Ioan. ſed foras proiici [e]. 2 quæſtio.
vii. non omnes epiſcopi. In pleriſque tamen locis non concul-
cantur pedibus, ſed extinguuntur in aqua dicendo, Sicut cande-
f læ hę extinguuntur, ſic eius opera [f] coram Deo ſint extincta, do-
nec ſufficienti ſatisfactione pręmiſſa ad ſinum ſanctæ matris ec-
cleſiæ reuertetur ¶ Quibus autem uerbis formetur ſententia, cū
quis pro aliquo facinore excommunicatur, uide 23. diſt. in nomi
ne. uerſus fin. verſic. quod ſi quis contra. uſque ad fin. Nonnun-
quam etiam fertur ſententia perpetuæ depoſitionis, degradatio
nis, uel ſuſpenſionis in aliquem: quod dic, ut infra de accuſat. §. 2.
30 uerſic. & not. quod. & ſeq & ſupra uerſic. porro. ¶† Cæterum in
iudicio non tenetur quis tantam ſolennitatem ſeruare. nam po-
ſtquam quis ter monitus eſt, quod reſpōdeat poſitioni, uel aliud
faciat, iudex poteſt ex tunc in ſcriptis eum excommunicare,
dicens:
¶FORMA. Et quia legitime monitus non vis poſitioni reſpon-
g dere, te, tua cōtumacia exigente, excommunico in his ſcriptis [g].
Et no. quod nullus debet excommunicari, niſi legitima monitio
ne præmiſſa, ut extra de ap. reprehenſibilis. de ſen. excom. ſacro.
ſcilicet trina, ſecundum B. 24. quæſt. 3. de illicita. 16. quæſt. vii. om
nes decimę. 17 quæſt. 4. de presbyterorū. Ego credo cum G. Na.
unam ſufficere cum teſtium ſubſcriptione: hæc enim dicitur ca
h nonica, ut in prędic. alleg. c. reprehenſibilis. Argu. [h] tamen con-
tra de ſent. excommu. in conſt. Gregor. X. conſtitutionem. lib. 6.
Et no. quod excommunicationis ſententia eſt in ſcriptis profe-
renda, alioquin punitur eam ferens, extra de ſen. excomm cum
i medicinalis. in prin. [i] extra de treuga & pace, c. j. 2. q. j. legum. nec
credo eſſe de ſubſtantia, quod dicatur in ſententia. In his ſcriptis
excommunico: conſulo tamen, quod dicatur, ut j. §. iuxta. uerſi.
non ualet. & executores quandoque ferunt tales ſententias. Cō-
tradictores & rebelles excōmunicationis ſententia innodamus.
Quid autem iuris ſit de hac ſententia, & qui per eam ligentur & 
quis eam ferre poſſit, not. ſecundum Papam extra de præb. pro
k illorum [k]. ¶† Verum quia, excommunicato in ſua contumacia
31 perdurante, iudices uolunt quandoque ſuam ſententiam aggra
uare, ut contumacia creſcente creſcat & pœna, ut in præd. dec.
quoniam. in fin. & l. diſt. quia. extra de cohabit. cler & mul. cleri
cos. in fin. & C. de ſer. fug. quicunque. in prin. & ff. de pœnis rele-
gati & 2. qu. v. quando. ad fin. poterunt tunc procedere ad ſuſ-
pēſionem, uel priuationem perpetuam officii & beneficii, ut ex
tra de ætate & qualit. cum bonę. & de teſtib. cog. cum ſuper cau-
ſa. & 33. dictinct. præter hæc de app. paſtoralis. de cohab. cler. &
mul, clericos. & c. ſequent. de cleri. non reſid. ex tuæ. & de cleri.
excommun. latores. xj. q. iii. rurſus. & c. ſeq. uel ad depoſitionem,
ut extra de dolo & contum. ueritatis cuius ſentęntiæ forma talis
erit,
¶FORMA. Cum nos P. Dei miſeratione epiſcopus talis eccleſię
talem ſui exigente cōtumacia, olim excommunicationis uincu
lo duxerimus innodandum, ipſeque, contemptis clauibus eccle
ſiæ, uelut filius inobedientiæ, adhuc in graue animæ ſuæ prǫiudi-
cium & ſcandalum fidelium pertinaciter in ſua contumacia per
ſeueret, & excōmunicationis ſententiam, qua ligatus eſt, animo
ſuſtineat indurato, idcirco, ne de ſua cōtumacia valeat gloriari
& ne facti ſui peruerſitas tranſeat pręſumptoribus in exemplū,
ſed potius pœna eius ſit aliorum metus, noſtram ſententiam ag-
grauantes iuxta meritum culpæ illius eum ab officio & beneficio
duximus ſuſpendendum: ut in præ. concor & ext. de vi & ho. ele.
ut clericorum. § ſi quis igitur. & extra de iud. at ſi clerici. de exceſ
32 præl. tanta. de homi. pro humani. ¶† Quandoque etiam ſenten-
tia excommunicationis aggrauatur, ut omnes participātes ei ean
dem ſen-

ADDITIONES.

a Contingat. ¶ & ibi ſcripſi in gloſſ. quia melius & maxime circa finem.
b Interdicti. ¶ Has duas conuerterat præponendo ſecundam in principio §. & tamen duas uirgulas ſolas ponit de his, ſcilicet infra ad fin. ſecundę col. uerſiculo, & not. quod prælato. & in 4. col. uerſicul. & not. quod ſententia. Cauſam dedit, quia Hoſtien. de his in Summa de ſententia excommunicationis non fecit membra: remiſſionem tamen de illis dedit ad tria loca, eodem titul. verſiculo, antepenult. & vide infra de ſentent. excomm. in fin.
c Excommunicationis. ¶ Effectus huius & ſequentis fuit Aegid. conſilio centeſimoſexto.
d Habeto. ¶ Verba Syluestri ad Iulium diaconum proditorem ſuum: nec important, ad quod auctor inducit, ſcilicet excommunicationem participantium extra crimen: quia verba non ſonant hoc: hodie etiam ferri non poſſet niſi ſeruatis formis decretalium de quibus infra uer. quandoque,
e Proiici. ¶ ſupra argu. ille enim canon hoc non dicit, ſed de ſale infatuato loquitur.
f Opera. ¶ Sup. bona.
g Scriptis. ¶ Hodie, ubi locus eſſet decretali ſecundæ, de confeſſis, libr. ſexto, non eſſet iuſta talis excommunicatio, ex quo ponens habet, quod intendit.
h Argum. ¶ immo expreſſum, & ei ſtatur.
i In prin. ¶ lib. 6.
K Illorum. ¶ vbi ſcripſi in prin.

dem ſententia incurrant,ut extra de ſentent.excommu.quod in
dubiis. ad fin.& de priuileg. quanto. Hodie tamen hoc non de-
bet fieri,nec ſententia tenet,niſi prius & ipſi participantes moni-
a ti fuerint,ut deſiſtant,extra de ſentent.excommun. ſtatuimus [a].
Et in monitione ex primi debent nomina illorum, qui monen-
tur,ſiue fiant plures monitiones, ſiue una pro omnibus, obſer-
uentur aliquorum dierum competentia interualla,niſi facti ne
ceſſitas aliud inducat,ut in conſtit.Grego.X. eod. titu. conſtitu-
b tionem [b].prout ibi dicam. Quidam etiam fatui iudices ſuas uo-
lentes ſententias aggrauare,faciunt presbiteros indutos ueſtibus
ſacerdotalibus uenire ad domum excommunicati,& ad oſtium
uel ſuper tectum domus tres lapides iactare. quod ridiculum
eſt. poteſt & ſententia aggrauari per decre.extra de pœn.ca. fin.
uel per alia iuris remedia cogitata, quia creſcente contumacia
c creſcere debet & pœna, ut ſ.not.quod prelato [c] ob reuerentiam
pontificalis officii primo debet ingreſſus eccleſiæ,uel ſacerdota
le officium interdici:deinde ab officio ſuſpendi,& ſubſequenter
aggrauetur cenſura eccleſiaiſtca contra eos, niſi aliter ſuaſerit
fieri in una contumacia poteruitas,ſiue culpa ſua, ut in conſtitu.
d Alex.IIII.de priuil.quia pontificali [d]. & probatur extra, de of-
ficio delegat.ſane.Cum igitur participans excommunicato non
ſit excommunicatus,ſed excommunicandus,ut extr.de cleric.ex
com.ca.fi.nec ſit etiam excommunicãdus, niſi poſtquam fuerit
33 monitus,ut ſupra,patet,†quod non peccat mortaliter,ſed uenia
e liter.argu.extra quod me cauſa, ſacris [e], nam excommunicatio
non debet niſi pro mortali infligi.xj.q.3.nemo.& c.nullus.ſecus
tamen,ſi in contemptum, uel pertinaciter participet, ut extra
eod.cum medicinalis.in princ.libr. vj.uel poſt excõmunicatoris
prohibitionem,uel frequenter, arg.xj.q.3.excellentiſſimus. & c.
fin.xxv.diſtinct.§.alias ea demnm. nam tunc poteſt excommu-
34 nicari.¶† Porro aliquo propter ſui contumaciam excommu-
nicato, conſueuit excommunicator alicui ſcribere, ut ibi ex-
communicatus ipſe uitetur: cuius quidem ſcripturæ forma ta-
lis erit:
f ¶FORMA [f].Talis delegatus uel ordinarius, tali rectori ſalutem
in domino.Cum nos talem noſtrum parochianum, eius contu-
macia exigente,pro eo quod coram nobis tali,de iure noluit re
ſpondere,excõicationis uinculo duxerimus innodandum, dile-
ctionem ueſtram monemus,& hortamur,& nihilominus uobis
auctoritate, qua fungimur in hac parte,precipiendo mandamus
quatenus ſingulis diebus dominicis, & feſtiuis in eccleſia ueſtra,
publice coram populo pulſatis campanis, & candelis extinctis,
excommunicatum denunciare curetis,ipſumque velut excom-
municatum faciatis in eccleſia:& extra,uſque ad ſatisfactionem
codignam ab omnibus arctius euitari:uel donec ſuę culpam ino-
bedientię recognoſcat,& de ea ſatisfaciat,ut tenetur.hęc probã
tur xj.quęſtio.3.curię.& c.debent.Et conſulo actori. quod cum
has literas præſentabit rectori,ſi excommunicans ſit iudex dele-
gatus,habeat tranſcriptum literæ apoſtolicę per manum publi-
cam,uel ipſam literam bullatam, per quod rectori fidem faciat
de iuriſdictione excommunicatoris:alioquin rector, literis ſi no
lit credere,non tenetur,extra de of.deleg.cum in iure. de reſcri-
ptis.cum contingat.C.de mand.princip.l.unica,97.diſt.nobiliſſi
mus.¶Sed & auditores domini Papæ quandoque, quos excom
municant, faciunt in audientia excommunicatos per ſuas literas
nunciari,quarum forma talis erit,
¶FORMA.Cum contemptus contumacibus obeſſe debeat, ne
de ſua ualeant contumacia gloriari,mandat talis auditor,talem,
quem ſui contumacia exigente,canonica monitione pręmiſſa,
excommunicauit in ſcriptis excommunicatum in audientia pu
blice nunciari.Datum,&c.extra,de poſtul.c.j.ii.queſt.v.quanto
35 ¶† Porro quia de excommunicatione diximus, & frequenter
excommunicati ad ſinum Sanctæ matris eccleſiæ redeuntes,pe-
tunt ſibi abſolutionis munus impendi(quod quidem conceden
dum eſt.nam miſeratio eccleſiæ nunquam claudit gremium re-
deunti ad eam ut xj.q.3.de illis & C.de ſumma tri n liquet.§.nos
enim) ideo & de abſolutione aliqua ſubnectamus.Debet autem
fieri abſolutio,cum Pſalmo pœnitentiali,& oratione dominica,
ut extra de ſent.excom.à nobis.ii.§.fin.hoc modo: Excommuni
catus enim accedat ad excommunicatorem,petẽs humiliter be-
neficium abſolutionis. Iudex autem recepta ab eo cautione de
parendo iuri, ubi fuit excõmunicatus propter dubiã offenſam,
vel etiam propter contumaciam,ut extra ut lite non cõteſt quo
niam.§.in aliis. uel etiam de parendo mandatis eccleſiæ, ſeu ex-
communicatoris,quod idem eſt,ut extra de ſent.excom.c.ex te
g nore [g].& c.cum deſideres & c.de cætero.& extra de offic.deleg.
prudentiam.§.ſexta & de app.ad hoc.ii & de maior.& obe.cum
in eccleſiis.in fin.licet Io.no.contra,prima,quęſtione,ſeptima ſi
qui uoluerint,uel ſatisfactione præmiſſa, ubi fuit pro manifeſta
offenſa excommunicatus,ut extra de uerborum ſignific.ex par-
te.ſuper quo uide ſupra de contum.§. nunc dicamus. & reſtitu-
tis expenſis, ut ibi, beneficium abſolutionis ſibi tribuat in hac
forma:
¶FORMA.Excommunicatus enim ueſtibus exutis ſtet ante ua-
luas eccleſię,genibus flexis,coram eo, qui eum debet abſoluere:
& ille tenebit uirgas & in quolibet uerſu pſalmi, Miſerere mei
Deus, ſemel eum percutiet magis, uel minus, conſiderata illius
h contumacia: finito uero pſalmo dicet, Gloria patri, &c.kyrie [h]
eleiſon.ter Paſter noſter, &c.& Ne nos,&c.Saluũ fac ſeruũ tuũ,
uel ancillam tuam,uel ſeruos tuos,uel ancillas tuas,ſi plures fue-
rint.Domine,nil proficiat inimicus in eo,uel in ea,uel in eis.Eſto
ei, uel eis,turris fortitudinis Domine exaudi orationem meam
Dominus vobiſcum: oremus. Deus, cui proprium eſt miſereri
ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc fa-
mulum tuum, quem excommunicationis catena conſtringit,
i miſeratio tuæ pietatis abſoluat: ſecundum dom. meum [i].uel di-
cat hanc orationem, Præſta, quæſumus Domine, huic famulo
tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut eccleſiæ tuæ ſanctæ (à cu-
ius integritate deuiauerat peccando) admiſſorum ueniam con-
ſequendo,reddatur innoxius,per Dominum noſtrum, &c.hoc
habetur xj.quæſt.3. cum aliquis. Poſtea dicat: Auctoritate Dei
omnipotentis,& beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ec-
cleſię ſanctæ ſuæ,& noſtra abſoluimus te à tali ſententia,& reſti
tuimus te communicationi & participationi eccleſiæ,& omniũ
fidelium & eccleſiaſticis ſacramentis. Et, ſecundum dominum
k meum.[k] reprobatur abuſus ſimplicium presbyterorum dicen
tium in tali caſu,Abſolutionem & remiſſionem excommunica-
tionum & omnium peccatorum, &c. debent enim dicere, Ab-
ſoluimus:arg. pro eo extra de ſentent. excommunicat. à nobis.
prope princip. ibi, præce. poſtmodum abſoluere, &c. Veruntа-
men iudices non ſequuntur hodie hanc formam,ſed recepto iu
ramento dicunt: Ego abſoluo te auctoritate Dei omnipotentis
& ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum, & auctoritate mihi
commiſſa, à tali excommunicatione.Et certe talis abſolutio ua
let, & tenet, & hac utimur. Nam & ſi ſimpliciter dixero, No-
ueris te excommunicatum, excommunicatus es: & ſi ſimplici-
ter dixero,Te noueris abſolutum,abſolutus es: argument. extra
de ſentent. excommunica. capitul. penult. extra de re iudic.ca.
1.Et communiter tenent Doctores,quod ſi ualet iniuſta excom
municatio, ſic & iniuſta abſolutio: quæ plenius proſequere in
Summa do. mei. de ſentent. excommunicat. §. & qualiter hæc
abſolutio.ſub §.tertium.uerſicu. qualiter proferatur. & in præ-
dict.capitu.à nobis.§.abſolutionis.& ſuprà de citatio.§.iam de
36 citatione.in fin. ¶† Aſolutio quoque à ſuſpenſione hominis fit
cum iuramenti præſtatione,ut extra eodem capi.uenerabili. Et
nota, quod ubi à pluribus & ſolenniter quis excommunicatur,
tunc etiam à pluribus & ſolenniter debet abſolui, argument. in
prædict.cap.cum aliquis.& ea.q.debent. & ff. de regul.iur.nihil
tam extra eod. capit.1. Item ſcias, quod licet iudices, qui non
ſunt presbyteri,& eorum ſuperiores, poſſint abſoluere a ſenten
tiis,quas ipſi proferunt, tamẽ a ſe abſolutos debent mittere re-
conciliandos per ſacerdotes.Secundum do.meum, ut extra de
ſentent. excõ. canonica. quod dic, ſecundum eum, ut in Sũma
eodem titulo. §. quis poſſit abſoluere. ſub § ſed quis abſoluet.
& eodem titulo. cum illorum. idem etiam uidetur Innocenti.
IIII. dicere extra de conſuetud. quanto. Et hoc ſeruamus, li-
37 cet aliqui hoc non ſeruent. ¶†Sed pone: iudex delegatus cau-
ſam alicui ſubdelegauit,diffinitiua ſibi reſeruata: qui ſubdelega
tus partem excommunicauit, & poſt ſe ad partes remotas tran-
ſtulit: quæritur, an delegatus poſſit illum abſoluere? & uide-
tur,quod non: imo excommunicatus eſt ad excommunicato-
rem remittendus, extra de offici. ordin. ad reprimendam. & de
ſentent. excommunicat capitul. per tuas. Dic contra: reuocat
enim ad ſe cauſam:quod ei licet, ut ff. de iudic. iudicium ſolui-
tur, quo facto, eum abſoluet: ſicut & ſubdelegatus eum abſol-
uiſſet, ſi fuiſſet ab eo petitum. extra de uerborum ſign. ex parte.
ſecun-

ADDITIONES.

a Statuimus. ¶ lib.6.
b Conſtitutionem. ¶ lib.6
c Prælato.¶Epiſcopo ſcilicet.
d Pontificali. ¶ Quæ hodie habetur de officio delegati,c.ii.lib.vj.de epiſco-
po loquitur.
e Sacris.¶Hunc articulum pleniſſime ibi ſcripſi in ult.gl.
f FORMA. ¶ Aegid.fuit totus iſte uer.
g Tenore. ¶ Vbi idem no.in j.gl.&extra quod metus cauſa,c.primo,in 4.gl
h kyrie. ¶ Secundum deriuatores ſunt duæ partes,& non dictio compoſita.
kyrie,per unum r,idem eſt quod Domine: Eleiſon, id eſt Miſerere. kyrie
per duplex rr,idem quod porcus ſecundum eos.
i Do.meum,¶In ſumma de ſententia excommunicationis,§. pen. uer. ter-
tium eſt.j.alleg.
k Domi.meum, ¶ vbi ſupra.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ſecundum P.[a] Quod uerum eſt, niſi ſimpliciter, uel totaliter illi
commiſerit uices ſuas, quia tunc re non exiſtente integra, cau-
ſam ad ſe non poterit reuocare, extra de offic. deleg. uenerabili.
& c. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. in prin. Vnde tunc debet ad de
legantem primum recurſus haberi, ut in eod. ca. & extra de con-
ceſ præben. quia diuerſitatem. de offic. ordin. paſtoralis. §. præte-
38 rea. ¶† Quid ſi Papa confirmat ſententiam excommunicatio-
nis latam per aliquem iudicem, nunquid idem iudex poterit po-
ſtea abſoluere ab illa? quæſtio eſt venerealis: & ſoluitur, quod
b ſic, extr. de inſtit. c. 3.[b] idem no. Goffre. in Summa de confir. vti.
vel inuti. & Vin. extra de confir. vtili, c. j. Et not. quod ſententia
interdicti lata generaliter in ciuitatē, vel caſtrum, vel alium quē-
libet locum, non poteſt ad cautelam relaxari, ut in conſt. Grego.
c de ſenten. excom. præſenti [c]. & ibi dicemus, quæ ſit ratio huius iu
d ris [d]. ¶† Quid ſi ſcribatur alicui, quod ſi inuenerit in P. ſententiā
39 excommunicationis poſt appellationem latam, ipſam denunciet
e nullam eſſe? Reſpon. no. Inno. ext. de ſent. excom. ſolet [e]. quod
talis non poteſt abſoluere ad cautelam. in obtinenda autem ab-
ſolutione ad cautelam præſtatur iuramentum: & hoc, quando
dubium eſt, an ſententia teneat, uel non, ut extra, de ſen. excom.
venerabili. ſecus, quando quis abſoluitur à minori excommuni-
catione, ut eo. tit. nuper. §. fin. & uide j. in tractatu libel. in tit. de
40 ſent. excom. ¶† Illud quoque notandum eſt, quod hi, qui de-
bent tantum per ſedem apoſtolicam abſolui, poſſunt per alios in
neceſſitate abſolui, ut 17. q. 4 c. ſi quis ſuadente. & 26. q. 6. hi, qui
puta per epiſcopum, uel presbyterum, ut eo. titu. nuper. § fin. &
not. eo. tit. de cætero. Neceſſitas autem eſt, imminente mortis ar
ticulo, uel infirmitate, uel inimicitia, uel inopia, vel puerili, uel ſe
nili ętate, uel fragilitate ſexus, vel alia corporis impotentia uel
quolibet alio canonico impedimento: puta, quia non ſunt ſui iu
ris, vel ſunt nimium debiles, & delicati, uel ſerui, uel eſt officialis
epiſcopi, uel alius officialis, qui turbam arcendo excommunica-
tionem incurrit, uel qui ſunt membris deſtituti, uel ualetudinarii
f uel eſt difficultas aliqua: debet tunc eis [f] iniungi, ut reſumptis viri
bus ad ſedem apoſt. uel eius legatum accedant, eius beneplacito
parituri. hæc probātur per ordinē ext. de ſen. exc. q̃nis. & c. de cæ
tero. & c. mulieres. & c relatū & c. ſi uero j. & c ea noſcitur & c.
nuper. in fi. & ſi forte per alium fuerant excommunicati, iniun-
getur eis, quod parebunt excommunicatoris mandato, ut ca. nu-
41 per. §. fin. ¶† Quid ſi mulier robuſta & fortis ſit? Reſpon idem
iuris eſt propter ſexus fragilitatem, ut in ca. mulieres. Quid de fi-
liofamilias, nunquid eſt ad curiam pro abſolutione mittendus?
& videtur, quod non, quia non eſt ſui iuris, ut in præd. ca. mulie-
g res [g]. Sed dic cōtra: nec etiam iuſſus patris ab excommunicatio-
ne excuſat, xj. q. iij. ſi dominus ff. de actio. & oblig. ſi ſeruus. Arg.
tamen contra, quod excuſet ff de his, qui not. infa. liberorum. in
fi. ff. ad leg. Aqui. liber homo. ii. ff. quod vi, aut clam. is qui in pu-
h teum. § ſi tutoris. 86. diſt. an putatis [h]. ¶† Quid ſi ipſe epiſcopus
manus mittit in clericum & epiſcopus eſt ſenex, & debilis, &
impeditus? Dic, quod per metropolitanum poterit abſolui, qui
eſt eius ordinarius: uel ſede metropolitica vacante, per capitu-
lum ipſius eccleſiæ, extra de maior. & obed. cum olim. Quid ſi
epiſcopus non uult abſoluere in caſu, in quo ſibi pręmittitur?
Reſpond ſi negligens eſt, hoc archiepiſcopus faciat, extra. de
præſcript. cum ex officij. ſecus, ſi ſit excommunicatus, ut extr de
ſup. neg. præ. Romana. lib. 6. Sed quid ſi epiſcopus abſens eſt ex iu
ſta cauſa, ſed non negligens: dic, quod archiepiſcopus non po-
teſt abſoluere iudicem alterius. nam epiſcopus poteſt hoc com-
42 mittere ſuo uicario, extra de offici. ordin. capitu. fin. ¶† Sed cum
clauſtrales ſe in clauſtro adinuicem leuiter verberantes abſol-
uendi ſint per abbates, vel priores ſuos, vt ext. eodem. monachi.
& c. cum illorum. quid erit, ſi abbas verberauit monachum? dic,
quod per epiſcopum abſoluetur, argument. eodem titu. de mo-
i nialibus [i]. Quid ſi abbas percutit abbatem, uel monachum alte-
rius diœceſis? Reſpon conueniant ambo epiſcopi, & abſoluant
ut in c. cum illorum. Sed quid ſi monachi non clauſtrales, uel ex
tra clauſtrum ſe uerberant atrociter? Reſpon. dici poteſt, quod
propter ſcandalum ſint ad apoſtolicam ſedem mittendi, ſicut &
quando verberant clericum ſecularem, ut in præd. ca cum illo-
44 rum ibi, niſi eorū exceſſus extiterit difficilis & enormis. ¶† Quid
ſi Prior, & magiſter, ſeu maior ordinis hoſpitaliorum excommu
nicatus eſt, quod forte exceſſit in verberando fratrem aliquem?
Dicunt quidam, quod per epiſcopum loci, in quo deliquid, ab-
ſoluetur: alij quod per Priorem ordinis illius, qui quo ad hoc, ma
k ior eſt. ut extr. c. canonica ubi de hoc, ſecundum Vincen. [k] ¶ Ab-
ſolutione autem obtenta ab excommunicatione propter contu
maciam, conſulo, quod hoc facias ſcribi in actis: unde facias con
fici publicum inſtrumentum. nam qui ſemel fuit cōtumax alias
excommunicatus, & publice denunciatus, ſemper præſumitur
excommunicatus, & à quolibet actu legitime repellitur, niſi ſe
[illegible] bauit abſolutum, vt extra. de elect. & ele. poteſt. uenerabi-
[illegible] etenim. & in præ. cap. cum deſideres. & extr. de cleri.
exc. propoſuit. prope fi. ubi de. hoc. Argumentum contra extra
l de ſeru. in or. fa. cap. j. ubi de hoc [l]: cuius inſtrumenti forma ta-
lis erit.
m ¶ FORMA [m]. Anno, menſe, die, & loco talibus, in preſentia mei
notarii, & teſtium infra ſcriptorum, R. de tali loco ſe coram tali
domino, delegato tali, uel tali ordinario præſentauit, depoſcens
ab eo humiliter, & deuote ſe ab excommunicatione in eum per
ipſum iudicem ex tali cauſa lata, abſolui, offerens cautionem de
iudicio ſiſti, & aſſerens ſe paratum parti aduerſæ congrue ſatiſfa-
cere de expenſis. Idem vero dominus iudex, recepto prius ab eo
iuramento, ſecundum formam iuris de parendo mandatis eccle
ſię, ſeu excommunicatoris, ac exhibita ſatiſfactione congrua
expenſarum, ei munus abſolutionis impendit, & eum a prædi-
cta excommunicationis ſententia denunciauit penitus abſolu-
tum. Et ego talis, tali auctoritate notarius, prædictis interfui,
&c. Quo facto, petat literas, ut denuncietur abſolutus, ubi &
fuerat nunciatus excommunicatus: quæ erunt continentiæ
talis.
¶ FORMA. Talis tali ſalutem in domino. Cum talis parochia-
nus ueſter, quem ſuis meritis exigentibus, ad mandatum no-
ſtrum excommunicatum pridie publice nunciaſtis, ad ſinum
ſanctæ matris eccleſiæ humiliter & deuote redierit, & pręſtita
cautione, ſecundum iuris formam, reſtitutis expenſis, à nobis ab
ſolutionis beneficium obtinuerit, diſcretionem veſtram mo-
nemus & hortamur & nihilominus auctoritate, qua fungimur
in hac parte, uobis pręcipiendo mandamus, quatenus eum in ec-
cleſia veſtra à ſententia qua tenebatur adſtrictus, abſolutum pu-
blice pronuncietis: argument. extr. de pur. can. inter ſolicitudi-
45 nes. verſic. In pœnam. & xj. quæſt. iii. c. curæ. & ca. debent. ¶† Sed
pone: aliquis pluribus de cauſis excommunicatus, abſoluitur a-
pud ſedem apoſtolicam: Pœnitentiarius illum remittit ordina-
rio abſolutum, nulla expreſſa cauſa excommunicationis, à qua
illū abſoluerit quæritur an debeat pro abſoluto haberi? Reſ. ſic,
extra, de conſang. & affinit. quia circa. quia non pręſumitur iſte
tacuiſſe, & immemor propriæ ſalutis eſſe, j. quę. vij. c. ſancimus.
quæ eſt C. ad leg. Iul. repetun. l. fi. Nam & delegatus ſimpliciter
uices ſuas committendo, uidetur in totum commiſiſſe, extr. de
offi. deleg. venerabili. l. diſtinct. c. j. in fi. Et tutor non expreſſa
cauſa, in qua detur, in omnibus cauſis pupilli intelligitur eſſe da
tus, ff de tutelis. l iii. in fin in beneficiis enim larga debet interpre
tatio fieri, ut ext. de don. cum dilectus. Argumentum tamen cō-
tra, ut potius præſumi debeat excommunicatus in his, quę not.
extra de ſerut. in ord. fac. ca. 1. Item contra, extra, de ſent. excom.
n cum pro cauſa [n].
46 ¶† POSTREMO uidendū occurrit, qualiter ſentētiæ ſuper diſ-
o penſationibus formentur Et nota [o], quod multis modis fit diſ-
penſatio, ſcilicet diſſimulando, 74. diſt. ubi iſta ext. de cogna. ſpi-
rit. ſuper eo ibi diſſimulare poteris, &c de cōſan. & affinitate qa
circa. & ext. de reſtitu. ſpol. cap. literas. §. opinioni. Item monen-
do, 27. quæſt j. ca. ſi homo. ext. de offi leg. cap. niſi. Item remitten
do, ext. de offi. ordin. ad reprimendam. Item caſtigando, 14. q. 6.
cap. 1.

## ADDITIONES.

a Secundum P. ¶ In decretali, ſuper quæſtionum. §. porro. ut ibi ſcripſi ſu-
per verb. reſeruat.
b C. iij. ¶ Ibi no. contrarium in ult. gl. & illud verum in ſententia hominis
confirmata per Papam: quod hic dicitur, procedit in ſententia conſtitutio
nis confirmatæ per domi. Papam, vt ſcripſi per præallegatam gloſſam.
c Præſenti. ¶ lib. vj.
d Iuris. ¶ Et ibi no. in j. glo.
e Solet. ¶ Ibi poſt gl. plene tractat per modum Summæ materiam abſolutio-
nis ad cautelam.
f Tunc eis. ¶ Dicit decretalis, quamuis. qui temporali impedimēto laborant
exceptis pueris & ſenibus: vide, quod ſcripſi eodem titu. de his, quæ autor
per errorem omiſit.
g Mulieres. ¶ Et hoc ibi tenet Hoſtienſis: tu diſtingue ut ibi dixi ſuper prima
gloſſ.
h Putatis. ¶ Ibi ſoluitur, de reg. iuris, quod quis. lib. 6. & plenius in præd. l.
liber homo. ii. ff. ad leg. Aquil.
i De monialibus. ¶ Decr. eodem titul. uniuerſitatis. in fine, aperte dicit con-
trarium: & omnino vide, quod ibi ſcripſi in gl. pen.
K Vincen. ¶ Vide, quod ibi ſcripſi in j. gl.
l De hoc. ¶ Et vide, quod not. extra de electione. ſi forte. libr. 6. in gloſſ. qui
etiam.
m FORMA. ¶ Iſta & ſequens fuerunt Aegidii eodem titu. ca. ſecundo, &
ſequenti.
n Pro cauſa. ¶ miror, quod non allegauit decretalem, quæ magis proprie
reſpicit cauſam iſtam, ſcilicet de officio iudicis ordinarii, ex parte. & dic
ubi ibi.
o Et no. ¶ Secundum Ioan. de Deo, cuius fuit hoc principium, & tractatus,
qui ſequitur in ti. Diſpenſationum, ad fi. quem uocat Summulam ſuper
formandis ſententiis.

cap.j Item inſtituendo,ext.de fil presby.c.ueniens.17.q 4.§.qui
autem.item tacendo,ext.de præben.cum iam dudum.in fi 86.d.
c.tanta.Item ordinando ipſo facto,ut no.lj.di c.qui in aliquo.&
ſ.de legato,§.qualiter.uerſi.dicunt autem.Item permittendo,ut
eodem tit.§.genera.uer.præmiſſa.Item tolerando,ut ext.de prę-
ben.cum iam dudum.in fine,extr.de ſpon.pręterea.In his autem
caſibus & ſimilibus non eſt opus facto,nec eſt neceſſaria ſenten-
tiæ prolatio. Cum agitur in contentioſa iuriſdictione,ſcilicet in
forma iudicii,tunc opus eſt facto,& neceſſaria eſt ſententię for-
matio:ideoque de hoc aliqua perſtringamus.In quib.autem caſi
bus poſſit diſpenſari,& per quem,& quid iuris ſit de diſpenſatio
nibus,dixi plene ſ.de legato.§.præmiſimus.& §.ſeq. & in gloſſa
in eo poſita,ext.de iudic.at ſi clerici & in aureo Repertorio ſub
a titulo de pœnis,in rubrica de diſpēſatio.[a]¶†Si igitur aliquis fue
47 rit conuictus de aliquo crimine,in quo poſſit diſpenſari,ſecun-
dum formam iuris,dicetur ſic:
b ¶FORMA Diſpenſationis[b].Licet te in tali facto culpabilem in
uenerimus,propter quod ſecundum iuris rigorem merueras ab
officio & beneficio remoueri:tamen,quia defectus noſtri tempo
ris,quibus non ſolum merita,ſed etiam corpora defecerunt,an
tiquam non patiſ canonum manere cēſuram,& quia maluimus
de miſericordia rōem reddere,quam de ſeueritate, idcirco uitā
tuam plenius agnoſcentes,& meliora & uiciniora ſaluti de cæte-
ro uerisimiliter expectātes,de miſericordia,quæ ſuperexaltat iu-
dicium hanc pœnam tibi diſpenſatiue duximus relaxandam: in
cuius rei teſtimonium has noſtri literas ſigilli,impreſſione muni
tas tibi concedimus,quibus te defendere ualeas à iaculis æmulo
rū.Data,&c.hęc forma probatur 34.di.c.fraternitatis.26.q.ul.al
ligant.86.diſt.nō ſatis.uer.melius.ext.de ſim.ex diligenti,ext. de
48 elect.quod ſicut.¶†Quod ſi is,cui hoc conceditur, velit in ma-
gnis criminibus in caſu conceſſo cum aliquo diſpenſare,ut ad ſta
tum priſtinum reducatur,ſic dicet:
c ¶FORMA[c] Ego te in integrum reſtituo natalibus tuis,& iuri-
bus oībus,atque priſtinæ famæ,ff.de ſenten.paſ.& reſtitu.l.j.&ij.
C.eo.l.j.& ij.& ij.q.iii.§ notandum.in fi.j̃.uer.porro.Quibus au
tem modis infamia irrogetur,dixi ſ.eodem tit §.ſpecies.uer. &
49 ad huius.¶†Item nota,ꝙ Papa poteſt,quo ad ius ciuile,infamiā
irrogare,ut extr. de hęreti.ſi aduerſus.& c. excommunicatus.§.
credentes.nam & tollere ipſam poteſt,quicquid dicat Gratianus
ij.queſt.iii §.hinc colligitur.illud enim intelligitur de infamia fa
cti.Et epiſcopus etiam in illis caſibus,in quibus poteſt diſpenſa
re,ut ibi no.Sed uidetur,quod quilibet iudex eccleſiaſticus idem
poſſit:qđ dic, vt j̃.de in integrū reſtitu.§.uidendum.uerſicul.itē
50 iudex.¶†Si autem epiſcopus velit diſpenſare cum eo,qui igno-
ranter habuit beneficium per ſimoniam ab alio commiſſam,
ſic dicat:
d FORMA[d].Licet de iure communi nullus debeat in eccleſia de
cætero miniſtrare,vel beneficium in ea habere,quam,licet igno
ranter,per ſimoniam noſcitur habuiſſe,vt j.q.v. c j. & q.j.ſtatui-
mus & c.ſi qui à ſimoniacis.nos tamen conſiderantes eos dignos
fore miſericordia,qui uitio alieno laborant,ut in prę.c.ſtatuim⁹
& q.iii.placuit.& c.qui apud.& lvj diſt.naſci idcirco honeſtatē
tuam ac ſpem futuræ vtilitatis veriſimiliter conſiderantes,libera
prius à te reſignatione huius beneficii recepta,tibi diſpenſatiue
concedimus,ut in eodem beneficio adminiſtrando,domino va-
leas famulari,illud tibi de nouo liberaliter conferentes hęc pro-
bantur ext.de elec.ſi alicuius.& de ſimo.ex inſinuatione. Alii ta
e men,ut Ioan.de Deo[e],dicunt,quod non poteſt ea vice in empto
beneficio etiam ignoranter,diſpenſare epiſcopus.& pro eo facit
f verbum Tolerari[f],poſitum in prę.decr ſi alicuius.& eodem tit.
c.ſuper eo:In alio tamē titulo eiuſdem eccleſiæ,puta in alia prę
benda,uel dignitate,bene poterit:unde,ſecundum eos,dicas, Vt
in eccleſia poſſis, excepto empto beneficio, aliud beneficium
obtinere. de hoc ſ.de legato,§.nunc oſtendendum uerſicul. 24.
51 ¶†Si vero iudex velit formare ſententiam ſuper diſpenſatio-
ne accuſatoris in probatione deficientis, ne infamis remaneat,
vt ſ. de legato, §. nunc de epiſcoporum.uerſi. ſed pone. & ſeq.
ſic dicet:
¶FORMA.Ego talis iudex,cognoſcens de cauſa inter tales pro
nuncio talem temere accuſaſſe,uel non probaſſe,parcens in hoc
eidem,quia eum non pronuncio calumniatorem eſſe. hæc pro-
bantur ii.q.iii.§.notandum.in prin.ff de abolit.l.j.Si vero pronū
ciaret eum calumniatorem,tunc fieret infamis,ff.de cal.l.j.Eſt au
tem iuſta cauſa diſpenſandi cum eo,qui fuit deceptus promiſſio
ne teſtium, vt eadem quæ.c Paulum.uel ſi alias error probabilis
ipſum excuſat,ut ext.de elec.ſtatuimus.in fi.lib.vj de ſen.excom.
52 ſacro.uerſicul.niſi forſan.& de appell ut debitus ¶†Quod ſi[g] in
g famiam ex ſententia irrogatam velit is,qui id poteſt, reſtituere,
ſic dicat,
¶FORMA.Quoniam hactenus plene nouimus fidē tuam, nec-
non uitam & famam integram extitiſſe,per talem ſententiā con
tra te latam nolumus infamia te notari:& ſi qua irrogata fuerit,
eam ex officio noſtro totaliter abolemus.hoc probatur extr.de
re iud.cum te ab.Porro is,cui de iure , vel ex priuilegio compe-
tit in natalibus diſpenſare:quod dic, ut ſ. de legeto, §. nunc de
epiſcoporum.uer. vtrum ita dicetur:
¶FORMA. Licet illegitime nati legitime nequeant, niſi mona-
chi: uel canonici regulares fiant, ad ſacros ordines promoueri,
uel in ſuſceptis etiam miniſtrare,ut extra. de fil. presbyt. capitu.
primo. lvj. diſtinctione. capitul. 1. quia tamen uitam tuam cla-
ram ac honeſtam agnouimus,multorumque proborum teſtimo
niis commendatam habemus,idcirco diſpenſatiue ac miſericor
diter tale impedimentum uitæ abſtergimus: concedentes , ut in
tuo poſſis ordine remanere & in eo etiam miniſtrare.lvj. diſtin-
ctione.Cenomanenſem.& capitu. ſequenti.ſ. uerſicul. quod ſi
53 is. ¶† Porro ſecundum B.& ſequaces,poteſt epiſcopus diſpen
ſare,ut quis habeat duo beneficia ſine cura:&,ſecundum eos ita
dicet:
¶FORMA Quamuis de iure communi una prebenda unum in
tegrum debeat habere ſeruitorem,ut 70.dictinctio. ſanctorum.
& 21. quæſtio.1.c.1.& una eccleſia unius eſſe debeat ſacerdotis.
ut extra de pręben.cum non ignores & x.quæſtio. 111. unio. &
21.quæſt.2.ſicut.& quęſt.1.c.j.conſiderata tamen literatura tua,
& nobilitate,ac conuerſatione laudabili, quibus iuuari dignoſ-
ceris,tibi concedimus talem præbendam:diſpenſatiue ēt in dul-
gentes,ut eam ſimul cum tali alia quam prius habebas,licite reti
h nere ualeas & habere hoc probatur ext.de præb.de multa[h].ex-
tra de exce.præl.tanta.ad fi.ext.de el.dudum.2.ext.de ſimo.Iaco
bus.T.uero dicit,quod de iure cōmuni poteſt quis habere duas
præbendas,nec eſt neceſſaria diſpēſatio.Tertii,ut Gof.& ſequa-
ces,dicunt,quod nō poſſunt epiſcopi in talibus diſpenſare.quæ
dic,ut ext.de præb.de multa.& de conceſ præb.literas. & lxx.di.
ſanctorum.& 21.q.ii.ſi quis iam tranſlatus.& ſ.de legato,§.uidē-
dum.In beneficiis autem cum cura,uel dignitatibus,ſolus Papa
diſpenſat ut in præ.c. de multa. & in ætate ad beneficia: quod
i dic,ut ext.de ele.cum dilecti[i].

## ADDITIONES.

a De diſpen. ¶ Hoſtienſis etiam finito valde commendat in Summa ſua tra
ctatu de pœnitentiis & remiſſionibus proſequitur tractatum Diſpenſatio-
num etiam per modum ſummæ,de illo faciens quinque membra.
b Diſpenſationis ¶ Ad literam Ioannis de Deo,ubi ſupra,allegauit cum
ſolum duo vltima capitul.eius etiam fuerunt omnes formæ ſequentes,ſed
non eodem ordine : nec fuit magiſter dictaminis : quia tunc infra dixiſſet:
& quia maluimus de miſericordia, quam de ſeueritate reddere ratio-
nem.
c FORMA. ¶ Ioan.de Deo.
d FORMA. ¶ Io.de Deo cum concluſione ſecunda.
e Ioann.de Deo. ¶ In libro Diſpenſationum, rubrica de diſpenſationibus
epiſcoporum,in decretalibus contentis,3.col.verſicul.item poteſt diſpen-
ſare cum illo,ubi etiam damnat,ut idiotam,tenentem contrarium: & hoc
ſibi fieret:ubi diceretur tenendum ex priori titulo,uel ex renunciatione
non libera:ſed ſi poſt liberam expoſitam , ut ibi dixi , non uideo quare ſic
aggrauet.
f Tolerari. ¶ Scripſi ibi poſt Gof.quod tolerantia conceſſionis eſt,non per-
miſſionis tantum.
g Quod ſi ¶ Supple Contra.
h Multa. ¶ Ibi in gl.pe.poſt principium ſcripſi elegantiorem formam , qua
utitur Curia.
i Cum dilecti. ¶ Imo dic,ut de ætate & qualitate,capitulo primo,lib.6.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia an reſcindatur prætextu inſtrumentorum, poſtea reperto-
rum.*
2 *Duobus fratribus cum duabus ſororibus contrahentibus,an vno affinita-
tem cum vxore ſua probante, poſſit alter per eadem atteſtata inter ſe
& vxorem ſuam petere ſententiam ferre.*
3 *Exemplum duorum ſuper prębenda litigantium.*
4 *Succeſſio nunquam reperitur in eccleſia.*

¶ Sententiæ effectus quis ſit.

7.§. Nunc de effectu ſentētię dicamus Et quidē maxi
m⁹ eſt.nā facit ius,īter quos eſt lata , ex quo
in rem tranſit iudicatā,etiā ſi ſit ꝯ ius litigatoris,ut ii.q.vj.§.dif-
finitiua.extr.de re iudicata,cum inter uos.in fi. Nam res iudica-
ita pro veritate accipitur,ff.de regulis iuris.res iudicata.¶†Item
alius effectus eſt:quia nō reſcinditur prætextu inſtrumentorum
poſtea repertorum,ext.de re iudicata,inter monaſterium.& ca.
ſuborta in fi.& C.de trāſactio.ſub prætextu.C.de re iud.ſub ſpe
cie.Item non reſcinditur ratione calculi,ſeu malę computatio-
nis,vt C.eodem.l.2.niſi error calculi in ſentētia exprim

C. eodem, l. ii. niſi error calculi in ſententia exprimatur, vt ff.
quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. j. Item effectus eſt, ut ex re iudicata
detur actori actio rei iudicatæ, uel in factum, ut ff. de re iu. mi-
les. §. fi. & C. de rebus creditis, actori. reo autem exceptio, ſi pro
a eo ſit lata, ut in præ. §. diffinitiua. uer. ſi contra res prius [a]. Cætera
uide in Summa do. mei. eo. tit. Præmiſſos autem effectus intelli-
ge locum habere, quando ſententia non eſt nulla, uel non eſt ap
2 pellatum ab ea: alias ſecus. ¶ † Sed pone: duo fratres contrahũt
cum duabus ſororibus: unus eorum probat conſanguinitatem
per teſtes inter ſe & vxorem: & ſic diuortium eſt celebratum:
alter petit per eaſdem atteſtationes inter ſe & ſuam vxorem ſen
tentiam ferri. Dic, ꝙ nõ poteſt. nam res inter alios acta, &c. ex-
b tra de præb. dilecto. in fi. ubi de hoc [b]. Imò iurabunt iterum, &
examinabuntur, ff. de excep. rei iud. ſi cum uno. eſt quæſtio do-
3 minicalis 48. ¶ † Item pone: T. & P. litigant ſuper prębenda: P.
obtinet ſententiam, & habet ipſius præbendę poſſeſſionem: de-
mum mortuo. P. Papa confert mihi dictam præbendam per
mortem P. uacantem: poſt hoc dictus T. contra me agit ad di-
ctam præbendam: ego excipio contra eum de re iudicata: quæ-
ritur, an poſſim? & uidetur, quòd ſic. ff. de excep. rei iud. ſi mater
§. idem Iulianus. & § ſi ego. & §. eãdem cauſam. in uer. cæterum.
in quibus probatur quod victus in reali, ſi poſt actionem eiuſ-
dem rei agat, uel conueniatur etiam cum alia perſona, dummo
do non alleget nouum ius ſibi poſt primam petionem quæſi-
tum, obſtat ei exceptio rei iudicatæ. Item cum fuit pronuncia-
tum, P. ius habere, per conſequens pronunciatum fuit. T. ius nõ
habere. ff. eo. ſi inter me. ff. de proc. Pomponius, §. ii. quæ exce-
ptio ſemper obſtat uicto in reali, ſiue ab eadem, ſiue ab alia per
ſona uicto, ut ſupra. Idem forte in miſta actione inter realem
& perſonalem: qualis eſt hæc. Item eadem perſona cenſetur ſuc-
ceſſoris & prædeceſſoris, ff. de fideicom. lib. cum quaſi. extra de
reſcri. ſignificauit. extr. de offi. deleg. quoniam. de offi. or. paſto
ralis. & de ali. iud. mut. cau. fa. c. j & fi. & de immu. eccleſ. ſi ad-
uerſus. de ſolut. c. j. de iudi. quia V. C. de impub. & aliis ſubſt. l.
fi. in auth. iuſiurandum, quod præſt Contrà: quia res inter alios
acta, &c. extra. de re iudi. quamuis. Item tunc obſtat exceptio
rei iudicatæ, cum idem eſt modus agendi, eadem res & perſo-
næ conditio, ff. eo. cum quæritur. & l. ſeq. arg. extra. de teſti. ex
4 tenore. & ca. ueniens. quod non eſt hic. ¶ † Item non poteſt
dici ſucceſſiſſe in eodem iure, cum omnis ſucceſſio ceſſet in ec-
cleſia, extra de conceſ. præb. ca. ij. pro hac parte obtinuit, arg.
in præ. decr. dilecto. in fi. & no. ſecundum Papam, extra de ar-
c bi. ex parte [c].

ADDITIONES.

a Prius. ¶ Secundum Tan. cuius ad literam hucuſque fuit illud prin. l. fi. j. rubricæ.

b De hoc. ¶ In vlt. gl. & ſuper ea poſui rationes, quæ vrgent ad hanc partem: & cautius formauit quæſtionem B. quam auctor, loquendo de fratribus ex eiſdem parentibus. & idem de ſororibus. allega. quæſtio non eſt dubia: nonne pater & filius poſſunt contrahere cum matre & filia, de con ſang. & affini. quod ſuper. ſi ex coniugio patris & ſorore naſcantur, filii, nonne illi ſunt vxoris & viri filiorum fratres diuerſo reſpectu?

c Ex parte. ¶ Vbi ſcripſi ſuper verbo, interitu.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur nulla multis modis.*
2 *Sententia iudicis excommunicati an ſit ualida.*
3 *Sententia plurium iudicum in iudicijs ſemper obtinet.*
4 *Sententia quare ratione iuriſdictionis nulla dicatur.*
5 *Sententia dicitur quandoque nulla ratione litigatorum.*
6 *Sententia quare dicatur nulla ratione loci.*
7 *Sententia lata ferijs, quibus renunciari non poteſt, eſt nulla.*
8 *Sententia dicitur ratione cauſę quandoque nulla.*
9 *Vtile per inutile non vitiatur.*
10 *Sententia à iudice procedente ſeu ſtante, lata, dicitur nulla. Iudicis eſt ſedere, non ſtare, nec deambulare.*
11 *Sententia iudicis ſuper equum ſedentis quandoque valet.*
12 *Sententia ſine ſcriptis lata, an ſit valida.*
13 Iudex *qualiter debeat ſententiam ferre.*
14 *Sententia interlocutoria an debeat in ſcriptis ferri.*
15 *Sententia diffinitiua à iudice partium voluntates tacite cognoſcente lata, an valeat.*
16 *Diſcuſſio in cauſis de partium voluntate procedens accipitur pro plena.*
17 *Condemnatio facta prius quàm conſtet de eo, in quo ſit, an ſit valida.*
18 *Iudex ſi non inueniat in actis litem non fuiſſe conteſtatam, an atteſtationibus publicatis ſententiam ferre poterit.*
19 *Sententia poſt appellationem legitimam lata, an valeat.*
20 *Altera parte non veniente die ſtatuta ad ſententiam audiendam, an iudex illo die debeat ſententiare.*
21 *Sententia non tenet, niſi pars contra quam eſt lata, ſit tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus citata.*
22 *Sententia manifeſtum continens errorem habetur pro nulla.*
23 *Iudice appellationis ſententiam, quæ nulla erat, confirmante, an talis ſententia poſſit adhuc dici nulla.*
24 *Geminãs appellationem, an per hoc dicatur proceſſum iudicis approbare, aut impugnare.*
25 *Appellans à ſententia quæ nulla eſt, an eam videatur approbare.*
26 *Appellans à ſententia, quæ nulla eſt, ſi non proſequatur appellationem, an ſententia validetur.*
27 *Ordinarius videns ſententiam à ſe latam, eſſe nullam, poteſt aliam, etiam ſine libello, aut alia retractatione, ferre.*
28 *Exceptiones contrarias in iudicio proponens non eſt admittendus.*
29 *Cauſæ appellationis, & nullitatis, an poſſint coram eodem iudice tractari.*
30 *Sententia nulla poteſt etiam ſine temporis præfinitione retractari.*

¶ Sententia in iudicio prolata qualiter impugnetur.

8. §. Iuxta propoſitionis ſeriem uidendũ reſtat de ſen-
a tentiæ impugnatione [a] ſuper quo ſcias, quod
quandoq; ſententia eſt nulla ipſo iure ut iam dicã, quandoque
1 uero annullanda, ut infra § proxi. ¶ † Nulla autem dicitur ſen-
tentia multis modis, ſcilicet Ratione iudicis: Ratione iuriſdi-
ctionis: Ratione litigatorum: Ratione loci: Ratione temporis:
Ratione cauſæ: Ratione quantitatis: Ratione modi: Ra-
2 tione proceſſus: Ratione manifeſtæ iniquitatis. ¶ † Ratione
igitur iudicis eſt nulla ſententia, ut quia erat excommunica-
b tus [b], extra de re iud. ad probandum, 24. q. j. audiuimus. uel infa-
mis, extra de reſcri ſciſcitatus. uel ſeruus, uel mulier, ut ibi, &
3. q. 7. c. j. & § tria. extra de uerb. ſig. c. forus. ii. q. j. in primis. ff. de
iud. ſeruus & l. cum prætor. § j. C. eo. ſeruus. ff. de regul. iur. l. ij.
33. q. v. mulierem. uel ſi mercede corruptus pronunciauit, ii. q.
vj. §. diffinitiua uer. uenales. extra de uita & honeſt. cler. cum ab
c omni [c]. uel ſi laicus iudicat in ſpiritualibus, extra de iud. c. 2. &
3 ix. q. 1. nullus. extra de arb. contingit. & in auth. ut cler. apud
proprios epiſ. §. ſi uero eccleſiaſticum. C. de epiſ. & cl. auth. ſta-
tuimus. & ne filius pro pat. authen. habita. Vel ſi eſt arbiter, & co
gnoſcit de cauſa criminali & matrimoniali, extra de in integ.
reſti. c. pen. Vel ſi eſt pedaneus, qui non poteſt cognoſcere de
cauſa liberali, C. de ped. iud. l. 2. ff. de arbitris, non diſtinguemus.
§. de liberali. extra de in integ. reſtit. c. pen. Vel ſi aliqui condem
nent epiſcopos in cauſa criminali ſine ſpeciali mandato domi-
ni Papę, ut 3. q. vj. quamuis. & c. dudum. Vel ſi ſolus epiſcopus
condemnat inſtitutum in ſacris, xv. q. 7. Felix. & c. ſeq. extra de
re iudi. non poteſt quod proſequere, vt infra de acc §. iiij. Vel ſi
duo iudices ſunt ordinarii, & diuerſas ferunt ſententias non ua-
let ſententia pro actore lata, ſed pro reo ſic. Si uerò ſunt dele-
gati, hæc pendent ex arbitrio delegantis: ſi arbitri, neutra va-
let, ut extra. de re iu. c. fin. ſupra de arb. §. fi. uer. item non va-
3 let, ſi duo. ¶ † Quid ſi inter tres litigantes ſuper vna re, ſunt un-
decim iudices: quinque pronunciant pro uno, quatuor pro a-
lio, & duo pro tertio, quæritur, quę ſententia tenet? Et quidẽ
in ele-

ADDITIONES.

a Impugnatione. ¶ Et hic omnium ſcripta miſcuit auctor, Pilei, Tanc. Vber. de Bo. vbi ſupra uer. nũc videndum. Sed hic commendabilius procedit auctor per diuiſionem, quam hic ponit: quam antiqui, ut Alb. Gal. de ſen. in prin. non poſuerunt. Io. tamen de Deo uer. ſupra ſcilicet Gauil. lib. vii. in rubr. aliquid de hac diuiſione poſuerat, & uidi librum: parte ſecunda ſub rubrica de app. poſuit xvij. cauſas nullitatis ſententiæ. Bonag. & Aegid. eiſdem uerbis utẽdo, dicebant potiſsimè nullitatem colligi, ſi aliquid de ſeptem tramitibus iudiciarii ordinis omittantur: quos uocant libelli oblationem, litis conteſtationem, iuramentum calumniæ, uel veritatis, ſcripturam atteſtationum, publicationem illarum, ſententiam de ſcripto proferri, & à iudice ſedente pro tribunali: hic ſufficiat intimaſſe, quæ in tit. de app. ſcripſit uterque.

b Excommunicatus. ¶ Publicè, ut ibi

c Cum ab omni. ¶ Quid ſi ex duobus uel tribus iudicibus pronunciãtibus, vnus ſolus, aliis ignorantibus, corruptus fuerit pecunia, ualebitne ſententia? quod valeat, videtur per l. ff. de lib. cã. liberis. §. ſi duo. ad idem ff. de do. inter vi. & vx. ſi ſponſus. ver. ij. item ff. de iur. fiſ. non intelligitur. §. j. Item in dubiis facienda eſt interpretatio, vt res ualeat, ff. de reb. dub. l. quoties. In contrarium ff. quod fal. tut. l. j. §. quid enim. ubi auctoritas a uero & falſo tutore ſimul præſtita, non ualet. Et de hac allegatione uide, quod no. de off. deleg. cum ſuper. in ult. gl. & in regula, utile. de reg. iur. lib. vi. in uenio ſolutum, ſententiam non ualere, per l. Pædius. alias, parui refert. ff. de arb. & per dec. ad probandum. de re iud. ſed ibi excommunicatio erat publica, hic corruptio tunc occulta. Quæſtio ꝓponebatur de trib. & duob. iudicibus: & in his videtur ius uariari: quia in tribus ualeret ſententia duorum: & idem in duobus datis cum clauſula, Quod ſi ambo: ſecus, ſi ſimpliciter.

ADDE, quod uoluit Bald. conſil. 449. incip. proponitur. iiij. libr. vbi ponit, an valeat laudum latum a tribus: quorum vnus erat frater minor.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

in electione non eſt quæſtio, ut extra de elec. in Geneſi. & c. cum
in iure ſed in iudicibus uidetur ſententia tenere, ubi plures con-
ſentiunt: quia in iudiciis obtinet ſententia pluriũ iudicium, lxv.
di. ſi epiſcopus. Et eſt ratio, quia quilibet iudex habet poteſta-
tem & auctoritatem iudicandi prout ſibi uidetur, ſed non qui-
libet canonicus habet auctoritatem eligendi. Quidam tamen
dicunt, qđ nõ præualet ſententia, ut quia non eſt maior pars iu-
dicum. in Metropolitano autem uidetur, quod quando com-
prouinciales epiſcopi diſcordant inter ſe, debet ſequi plurium
concordiam, lxv. diſt. c. j. ij. & iij. uel requiret epiſcopos vicinæ
prouinciæ. ſic intelligitur vj. queſt. iiij. cap. j. & ij. ſed vbi ſolus
Metropolitanus eſt iudex, niſi conſulat plures, ut xx. diſ. de
quibus & extra de conſuet. ad noſtram. quia qui ſuo periculo
iudicat, non ſequitur prouincialium, uel alioqum cõſilium. C.
de pœ. iud. qui male iud. l. ij. extra de re iud. cum æterni. ſecun-
a dum Vin.[a] Vbi autem epiſcopus cum capitulo ſuo cognoſcit
de aliqua quæſtione, utrum omnes canonici ſint iudices, uel
b ipſum capitulum, no xv. queſt. vij. epiſcopus[b] ¶ † Item eſt nul-
la ſententia ratione iuriſdictionis, putà ſi lata eſt à non ſuo iu-
dice, extra de iud. at ſi cleric. exra de conſuet. ad noſtram ff. de
of. præ. l. 3. ff. de iuriſ om. iud. l. fi. xj. queſt. 1. in clericorũ. C. ſi à
non cõp. iud. per totũ. uel ſi nulli præeſt iuriſdictioni, C. de ſen.
& interl. om. iud nulli. extra de fo. comp. ſignificaſti. Vel quia
literæ delegationis ſunt falſæ, extra de cri. fal. ſuper eo. Vel ſi eſt
delegatus ſuper vna re, & pronunciet ſuper alia, C. ſi à nõ cõp.
iud. l. j. extra de of del. cum olim. & c. ex literis. de teſt. c. de te-
ſti. Et quære hic, ut infra uer. item eſt nulla ratione quantita-
tis. Multa & alia exempla pone hic, & in præc. modo, ut dixi ſu-
5 pra de iud del §. excipi & ſupra eo. tit. §. ſequitur. ¶ † Item eſt
nulla ratione litigatorum, ut ſi lata ſit contra minorem xxv. an.
in iudicio ſine tutoris, uel curatoris auctoritate interuenien-
te, C. qui leg. perſon. hab. in iud. ſtan. l. j. & ij. C. de in int. reſt. ſi
curatorem, & ff. de re iud. acta. § fi. & l. ſi contra de hoc dic, vt
ſupra de acto in prin. uel contra, filiusfamilias ſine patris con-
ſenſu, ut infra eo. tit. uerſi. item quod eſt filiusfam. uel ſi non e-
rat de iuriſdictione iudicantis, ut quia erat exemptus, xvj q. j.
frater noſter. uel quia actor, pro quo eſt lata, fuit publicè ex-
communicatus & denunciatus: ſecus ſi contra eum lata fuit,
extra de excep. cum inter. ſed hoc intellige, ut extra de excep.
pia. §. fi lib. 6. & extra eo. tit. exceptionem. de hoc uide ſatis ſu-
c pra de actore, uer. item quod eſt ex.[c] Vel quia falſus procu-
rator interuenit, C. de proc. licet. & extra. eod. titul. in noſtra.
in fi. & de reſcr. ex parte. Vel quia is, contra quem lata eſt, mor
tuus erat tempore prolationis, quando iudex fuit datus, ff quæ
ſen. ſine ap. reſc. l. penul. uel erat furioſus, uel bonis interdictus
ff. de re iudi. furioſo. extra de ſucceſ. ab inteſ. §. fi. C. de cur. fur.
per totum. Vel ſi eſt lata contra fiſcum abſente eius aduoca-
to. C. de aduoc. fiſ. l. fi. ſecus in priuato, vt ibi, & C. de poſtul.
uelamento. uel ſi pecunia data eſt aduocato, uel procuratori,
uel aduerſario, ut ſe patiatur cõuinci, C. de pœ. iud. qui mal. iud.
l. j. & de aduo. diuer. iud. l. j. uel ſi tutor legitimus, uel ſine inqui-
ſitione datus non cauerit rem pupilli ſaluam fore, & in iudicio
de re pupillari expertus ſententiam contrariam reportauit. hęc
enim ſententia pupillo non officit, C. de tut. uel cur, qui non
ſatiſ l. pen. & fi. C. in qui de cau. in integ. reſt. non eſt nec. ſi tutor
uel ſi tutor non fecerat inuentarium, C. arbitr. tut. lege finali.
vel ſi reus principalis condemnatur, qui nunquam fuit in iudi-
cio per ſe, ſed per procuratorem. C. ſentent. & interlocuto-
6 leg. prima. ¶ † Item eſt nulla ratione loci, ut ſi epiſcopus tulit
d eam extra ſuam diœceſi.n, extra. de fo. compe. Romana[d]. uel
iudex extra ſuum territorium, tertia quæſtione ſexta leges. ff. de
iuriſdiction omn iudic leg fin. Vel ſi lata ſit in eccleſia à iudice
ſeculari, ut in conſtitut. Gregor. de immunitate eccleſi. decret.
e § ordinarii[e]. Vel ſi iudex in alio loco pronunciet, quam eo eo,
quem partibus ſtatuerit, iniuſta eſt, ff. de iudic. ſi locus. extra.
de reſcriptis capitul. fina C. quomodo & quan. iudic. ſi, ut pro-
ponis. & leg. præſes. C de ſentent. & interlocut. cum ſententiam,
Vel ſi ſit lata in loco inhoneſto, puta in lupanari, vel popina,
extra de appellat. qua fronte. ff. de recep. arbit. ſi cum dies. §. ſi
arbiter C. de iud properandum & l. rem non nouam. ff. eod. ſi
locus. ff. de interrog. act l. iii. Vel ſi lata eſt in occulto, vt ſupra
eod. §. qualiter. uer. debet autem. Quæ enim cauſæ cognitionem
uel deciſionem deſiderant, iudice pro tribunali ſedente fieri
debent. iii. queſt. iii. §. ſpacium. uer. à procedente. Si tamen par-
tes conſentiant ut in lupanari feratur, licet fatuè faciat iudex,
qui vbi fert. tamen partes non poſſunt ꝯuenire, ff. ſol. mat. l.
7 cum mulier uiri. & l. uiro. 32. queſt. v. tolerabilius ¶ † Item eſt
nulla ratione temporis vt ſi lata ſit in die feriato: ſcilicet. feriis,
quibus renunciari non poteſt, extra de fer. c. fi. C. c. dies. ff. eod. l.
1. & l. ſi feriatis. C. quomo & quan. iud. ſi, ut proponis. xv. queſt.
4. per totum. Sed nunquid tunc poterit iterum ferri? de hoc
ſupra §. qualiter. uer. quid ergo. Vel ſi lata fuit lapſà die, ad quã
datus erat iudex, ſi non fuit conſenſu partium prorogata, ex
tra de offi. del. de cauſis. de ff. de iud. l. 2. §. & ſi iudex extra de
offic.

## ADDITIONES.

a Secundum Vin. ¶ Qui hoc no. de ele. in Geneſi.
b Epiſcopus. ¶ Et de of. ord. irrefragabili. in 4. glo.
c Eſt ex. ¶ Eſt ſciendum, ꝙ Alb. Gal. vbi ſupra in fi. arguit. quod dictum eſt
in actore excommunicato, locum habere in bannito. In contrarium alle-
gatur, quædam prohiberi, ne fiant, quæ facta tenent, 2. q. 6. biduum. Item
auctoritas rerum iudicatarum, ff. ad Treb. ſeruo inuito. §. cum prætor.
Non ſoluit, ſed diſputauit Iac. de Are. hanc quæſtionem, exprimens per
ſtatutum illi non debere ius reddi, ſed audientiam denegari: & incipit
quæſtio: ſi lata ſententia. & ſoluit ſententiam nullam, ſi expreſſus fuit er-
ror: ut, condemno A. B. bannito, ff. quæ ſenten. ſine ap. reſc. l. j. §. itẽ cùm
contra, C. quando prouoc. non eſt nec. l. ij. canonizata ij. q. 6. §. diffinitiua.
poſt. princ. Si non eſt error expreſſus, aut fuit exceptio, aut non. Primo
caſu, aut iudicauit ex iuris contemptu, quaſi exceptio nulla eſſet: & tunc
idem, quod ſupra arg. ff. de feriis, l. j. §. 2. Aut quia exceptionem non ha-
buit per probata, uel bannum æſtimauit non ritè datum, ff. de re iud. ſi ſe
§ condemnatum. uel illud de banno exemptum, valet tunc ſententia ar.
ff. de re iud. cum prolatis. C. de fide inſtr. l. fi. ff. de neg. geſt. ſi autem. §. ſi quo-
cunque modo. de comp. l. quod in diem. §. j. Sic alibi requiritur cauſa mo-
tiua ad iudicandum, ff. de euict. ſed ſi ex vtriuſque. Sciri autem hoc pote-
rit ex qualitate diſputationis factæ circa exceptiones, ff. de iureiurand. l.
fi. ſi autem exceptio non fuit oppoſita, puta iudicium retro nullum: quia
contra formam ſtatuti, & ſic contra legem factum eſt. ff. de leg. contra legẽ.
ergo irritum, C. de legi. non dubium. & de ſac. ſan. eccleſ. iubemus. §. ſa-
nè. Item in omni iudicio requiritur actor, reus: & iudex, extra de uerb.
ſig. forus. ver. in omni. C. de iur. calum. l. 2. circa prin. de litis conteſt. l. v-
na. Sed hic deficit, qui actoris officio fungi poſſet: nec intereſt non eſſe, uel
eſſe inhabilem, ff. quod cuiuſ. uni. l. j. §. fi. ad Velle. quamuis. §. ſi conuenit,
nec habebat executionem officij actoris: & ſic, quod facit, viribus ca-
ret, ff. de tut. & cur. da. ab his, nec mandante. §. j. de ſta. ho. l. qui fure-
re. Item denegare alicui licentiam agendi fauore ſuæ perſonæ, ſicut mi-
nori ſine tutore, uel curatore, uel denegare propter odium vt in banni-
to, æquiparantur, ut contrariorum ſit eadem diſciplina. ff. de leg. iij. l. fin.
de pac. quod dictum. Et primo caſu iudicium nullum, vt in huius ver.
prin. dictũ eſt: ergo & in hoc ſecundo idem erit, & fortius, de reg. iur.
odia, lib. 6. inducit etiam ff. de iud. non idcirco. §. j. ff. ſi quis caut. quo-
ties. Viſo de ſententia, quæro de pacto: pone, ſtatutum habet: quod
bannitus non poſsit ad ſui vtilitatem contrahere: T. qui locauerat Seio
domum ad annum, bannitus fuit, & demum domum illam vendidit Lu-
cio, eo pacto quod emptor pateretur conductorẽ habitare domum vſ-
que ad finem anni: quæritur, an pactum valeat? Et uidetur, quòd ſic:
quia hic non eſt contractus, cum nulla obligatio ſit hincinde, ſed ſolius
emptoris facit ff. de uerb. ſig. l. Labeo, & eſt obligatio de non faciendo,
ſicut & de non petendo, C. de tranſact. l. vbi. ſicut & in furto, Inſt. de
ob. quæ ex delict. naſc. §. j. de uerb. obli. §. non ſolum. Differunt enim
contractus, pactum & conuentio. De primo dictum eſt per l. Labeo.
quod non eſt nomen ſpeciale: ad idem Inſt. qui mo. re contrahit. obli.
§. 1. Pactum eſt nomen generale, ſiue ad liberandum, ſiue ad obligandum
ff. de pac. l. j §. eſt enim. & l. ſi vnus. §. pactus. Conuentio eſt nomen gene-
raliſsimum ad vtrumque. Item qui ex diuerſis locis vniuntur, conueni-
re dicuntur, ff. de pa. leg. prima. §. conuentionis, & l. reſcriptum. in
princ. Ad idem inducitur, quod ſtatuta ſunt ſtricti iuris, cum ex eis oria
tur condictio ex lege, ff. de condictio ex lege, l. vna. quam certum
eſt eſſe ſtricti iuris quia non eſt deſcripta inter bonæ fidei, in §. actionum.
Inſt. de actio. Sit igitur eius conditionis mater, cuius eſt filia, ff.
ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum. & abſurdum eſſet punire inqui-
linum, qui non delinquit. C. de pœn. ſancimus. Item ſtatutum pon-
derat vtilitatem, de qua hic non agitur, ſed de damno vtando: nec
eſt par ratio lucra captare, & damna non capere, C. de codic. l. fi. Item
cum bannitus exulet, ciuitate relicta, non haberet inquilinus, vnde ſer-
uaretur indemnis, ff. de ca. dim. l. tutelas. in fi. Gul. in queſt. ſtatutorum di-
ſtinguit, an bona ſint omnia confiſcata, vt in bannito pro graui male-
ficio, qui eſt ſimilis deportato, ff. de bo. dam. l. j. in prin. quo caſu pactum
non tenet, quaſi ſuperuacuum, cum etiam ſine pacto expelli non debeat
per fiſcum, nec ipſe fiſcus ſuccedens bannito, teneatur inquilino, ff. de
iure fiſci, l. fi. Aut nil confiſcatum fuit, ſicut in auth. bona. C. de bo. dam.
& tunc pactum iniquum eſt, ex quo bannito proueniret vtilitas, ſi non
poſſet inquilinus, expelli qui expulſus ꝯ ipſum regreſſum haberet, cui bo
na remanſerunt, ff. loc. ſi merces. §. 1. Aut certa quota bonorum eſt publi
cata, & certa remanſit. vt C. ad le. Iul. de vi. l. ij. & tunc quod iuris eſt de
toto, quo ad totum, idem de parte, quo ad partem. ff. de rei ven. que de
tota. in prin. & facit ff. quando ap. ſit, l j. §. in propria. in fi. Dicit autem,
non habendam rationem confiſcationis certarum rerum, non ſub nomi-
ne quotæ, Inſt. de fideic. hæredit. §. ſi quis vna. C de ſent. paſ. l. 3. & de hær.
inſt. l. quoties.
ADDE, quid operetur ſtatutum, quod bannitus non audiatur ciuili-
ter, nec criminaliter? Ro. conſ. cciiij. Et quod parificentur excommuni-
catus, & bannitus uide Bar, in l. ſi quis arbitratu de verb. obl. Et quod
non oppoſita exceptione banni iudicium ſit retro nullum, ſequitur latè
Alc. in l. j. §. j. ff. ad Treb. Vide tu notabiliter gl. in verbo. interdictum. &
ibi doct. Inſt. de ca. dimi. in prin.
d Romana. ¶ lib. 6.
e Ordinarij. ¶ lib. 6.

a of.del.conſuluit. Vel ſi ſit lata de nocte[a],uel poſt ueſperas. ut ff.
de orig.iur.l.2.§.& quia & in præd. c. conſuluit. in auth.de iud.
8 §. ſedebunt. uel poſt finitam iuriſdictionem,ut iam dixi.¶†Itē
eſt nulla ratione cauſæ: ut ſi non continet abſolutionem , uel
condemnationem,uel ęquipollens, ut eod.tit.§.ſpecies.uer. dif-
finitiua. Item eſt nulla ratione quantitatis,ut ſi datus ad cogno
ſcendum de x.pronunciauit de 20.ff.de iud.de qua re. ff. mand.
diligenter. & 2. queſt.6.§. diffinitiua. uer. item cum certa.uide-
tur tamen, ꝙ tota ſententia non vitiabitur , ſed in quantum iu-
dex exceſſerit,ff de uerb.oblig.l.2.& l.quæ extrinſecus. ff. de v-
b ſur.placuit[b]. Sed quid erit econuerſo? de hoc ſupra §. qualiter
9 uerſic.quid ſi peto. ¶† Sed quid ſi negotium , de quo iudicauit,
erat indiuiduum & immiſcuit non cōmiſſum commiſſo? uide
tur,ꝙ ſententia tota non tenet , ff.de aqua quotid.& æſti.l.1.§.
illud.Econtrà uidetur , quod ualet in totum , ff. de aqua pluuia
arc.ſed interdum.ibi tamen iudex habebat iuriſdictionem in to
c to opere[c],& ff.de teſta. hæredes.§ fi.de conſe.diſt.4.firmiſſime
& c. ſi non ſanctificatut. uide meliorem. gl. in l. fi.de iuriſdict.
om. iud. Poteſt tamen dici propter auctoritatem iudiciariam,
in totum ualere.ff.de donat.inter uirum & uxorem, ſi ſponſus.
§. 2. ut res magis ualeat,quàm pereat, extra de fide inſtrumen-
torum , inter dilectos.& quia utile per inutile non uitiatur , ex-
tra de elect. illa.de conſe.diſ. 4. ſi non ſanctificatur, & quia cau-
ſæ continentia diuidi non debet,extra de ſequeſt.poſ.c.1.C.de
d iud.nulli . ſecundum Vber.[d] Vel non ualet , ſi non contineat
certam quātitatem,ut ſupra eodem tit.§. qualiter,uer. item de-
10 bet eſſe.¶† Item eſt nulla ratione modi:ut quia lata eſt à iudice
procedente , ſeu ſtante . & non ſedente . iudicis enim eſt ſede-
re,cum res, quæ agitur,plenam cognitionē deſiderat,ut ff. quis
ordo in bonor.poſſeſ.ſer.l.2.§.dies in auth.ut ab illuſtri , & q ſu
per eos ſunt,Col.v.§. ſancimus igitur. ff. de arbi. ſi cum dies.§.
ſi arbiter.uer.fi.3. q. 3. §. ſpacium. uer à procedente. C. de ſen-
tent.ex breuic.recit.l.j.xlv.diſt.diſciplina. ad finem, 24. q. 1 pa-
ratus.uer.ſedens me iudicare, & cætera. in auth.de iud. §. ſede-
e bunt[e]. Quid ſi pronunciat in alta turri ſedendo , & partes ſunt
f inferius? certè ualet,ſecundū Accur.[f]& dominum meum[g].arg.
g ff.de acquirenda poſ.quod meo §.ſi uenditorem. quia fortè ti-
mebat ſibi ex aliqua cauſa:unde poteſt ſibi ſecurum locum pro
uidere, extra de ſponſ. cum locum. & de elect. bonæ.j. & ar. ad
11 hoc C.vbi ſenat.uel clari,l. 3.ante med.¶†.Et faciunt hæc in ar.
ad quæſtionem de illo, qui Ianuæ ſuper equum ſedens ſenten-
tiā tulit. nam uidetur quod ſententia ualuerit :& hoc dixit Iac.
Bald. Licet enim non uideatur ſedere , uidetur tamen quaſi ſe-
dere,ff.de ſerui ruſtic.prædior. qui ſella.& extrà de homic. di-
lectus. & c. ſignificaſti. Præterea ſolennitates accidentales be-
ne omitti poſſunt,ff.de uentre inſpiciendo.l.j & de ædilitio edi-
cto,l.j.§.penul. Alii contra ut C. de ſententiis & interlocutioni
bus omnium iudicum prolatam , quia de ſolennitate ſubſtan-
tiali uidetur eſſe quod debeat ſedere ut infra & talis non uide-
tur ſedere infra ſed baiulāri , ut C. de officio ciuilium iudicum,
l. honorati. Item non valet , ſi iudex eam legit per alium , ut ſu-
pra eodem. §. ſequitur.uerſi j.Quid ſi neſcit,uel nequit legere?
12 dic,ut ibi. ¶† Non ualet etiam,ſi eſt lata , ſine ſcriptis[h], 2.q.1.
h in primis. & cap. ſtatutis. C. de ſenten. ex breuicul. recitand.
i l. j. & final. de ſenten.excommun. cap. cum medicinalis[i]. & de
treug. & pace , cap. j. & de probat. quoniam contra. Hoc
tamen fallit , ſi breues ſint, & leues , & maxime vilium perſona-
rum,ut in authen. niſi. C. de ſent ex breuic. recit. uel ſi epiſco-
pus ſententiat inter ſuos clericos.quæ dic, ut infra de libel.con-
cep:§.nunc dicendum. uerſic. 3. & uerſi.4.& in ſententiis , quas
per ſe dominus Papa profert. non enim fert eas in ſcriptis, ſed
ipſe ſolutus eſt legibus C. de legi. digna & quia eius præſentia
omnem ſupplet ſolennitatem,ut ff. de teſta. omnium. Vnde de
proceſſu coram eo habito , dubitari non poteſt , quin ſit in eo
lis conteſtata,ut extra de probat c.fi. ſupra de lit conteſt.§.ij uer.
& no. quod infra.§.prox Ar.contra, quod ipſe etiam debeat in
ſcriptis proferre, in authen.Col.viij. in med.lit.nō fieri ſac. iuſ.
k §.ſi uero aliqua[k].Fallit etiam in caſibus , in quibus libellus non
eſt neceſſarius : quos dic, vt in præd.§ nunc dicendum.Item fal
lit in cauſa matrimoniali , ut extr. de teſti. Albericus Sed certè
ibi non habetur,quod ſententia non fuerit lata in ſcriptis,ſed ꝙ
nō fuerit redacta in publicā formā,ut ibi,patet:ideoq; nullū ſpe
l ciale[l] ibi.Inno. tamen & Ber.cōtra:nec admitto etiam,quod di-
cit G.Na. ſc.ꝙ in qualibet cauſa ciuili poſſit ſine ſcriptis pronū
ciari,& ꝙ prædicta iura loquunt̄ in cauſa criminali , in qua ma-
ius periculum vertitur , ut xlii. diſt. quieſcamus & ideo cautius
eſt in ea agendū,vt 7.q.2.c.ij.& lxj.diſt miramur. hoc proſeque
re plenius in Summa Domini mei eodem ti.§.qualiter. ꝓpe prī-
ci.Dicunt autem quidam,ſententiam ferri poſſe ſine ſcriptis de
m partium cōſenſu:quod dic,ut in prædicto verſic. 3.[m] Et cōſulo,
ꝙ iudex in prolatione ſentētiæ dicat , in his ſcriptis pronuncio.
hoc enim fieri vtile eſt.C.de teſt.auth.hoc inter.C.de fide inſtru
mentorum. contractus. imo etiam dicunt, aliter ſententiam
non ualere,ar.C.de ſententiis ex breuiculo recitandis.l.penul &
n fin.quod nō puto[n]ar.C.de teſta.cum antiquitas.§.fi.ſufficit em̄,
ꝙ in ſcriptis feratur:& uide j̄.in tracta.lib.in ti. de appellationi
o bus,§.j.ver.& notabiliter[o].¶ Et nota,ꝙ ſi ſcriptura alicuius ſen-
tentiæ in iudicium producitur contra te , uide, an ſit ſub verbis
primæ, vel tertiæ perſonæ confecta : ſi ſub primæ , præſumitur
lata in ſcriptis: , niſi contra probetur , ſi ſub tertiæ, præſumitur
non

## ADDITIONES.

a Denocte. ¶ Hoc tenuit Tanc. & Bar. poſt ipſum titulo, quę ſententia ſit nulla ipſo iure ad fi.& Inn. in dec. conſuluit.ibi ſcripſi ſuper gl quid ſi vbi gl.tenet contrarium,& Gui.de Suz.tit. an credatur nuncio , in k.& in l.ñ minorē.C.đ trāſact.& i l.more Romano.ff.de feri.vbi đ hoc Ac.& ī fi. §.ſedebunt.j̄.allegato: vbi vterq; notat,ꝙ de die ſententiatur neceſsitate, ſed de nocte voluntate, & j̄.vide ver. quid ergo.Iac.de Bel. in §. præ. tenet, ꝙ etiam de neceſsitate pronunciat iudex de nocte , ſi caſus ferendæ, ſententiæ tunc occurrit.inducit etiam l.j.ff.quando ap.ſit.§.dies. in fi. ibi, ſuprema hora. Inducit etiam , quod ibi litera dicit,Et veſpere. poſt quod non determinat horam, nec diem vſque ad veſperas. Inducunt iſti præd. l.non minorem.C.de trāſact.&ff.de teſta.l.ad teſtium.§.poſſe et nocte.Sed ad illa facilis eſt reſponſio, cum certum ſit, tranſactionem & teſtamentum non requirere certum locum , uel diem, nec maturitatem ceſsionis , nec ſcripturæ præcedentis , uel ſimilia , ut requirit iudicialis ſententia. poſſunt enim illa duo fieri omni loco , & omni tempore , & ſine prædictis ſolennitatibus : hæc uero non poteſt tempore feriato : nec loco inhoneſto,nec illis ſolennitatibus omiſsis , vt patet ſupra & infra licet fatear, ꝙ & illa habeant aliqua ſua ſubſtantialia, quæ non habent iſta, ſed non ſic pertinentia ad propoſitum.Mihi placet,quod poſt Hoſt. dixi in præd.dec. conſuluit.ſuper gl.quid ſi iudex.ſcilicet. ꝙ partibus tacentibus ualeat etiam diffinitiua lata de nocte:ſed ſi reſiſtant ambæ,vel altera, & petant recedendi licentiam,& denegatur,locus eſſet appellationi, ſecundum eum. Plus puto, ꝙ & ſi ſine appellatione petita & denegata licentia pars recederet,ſententia ferri non poſſet in his partibus,quibus non viget conſuetudo ꝯria.Reputo enim illam latam ꝯ abſentem non contumacem , cum iudicia diei claritatem exigant , & lucis ſubtractio ſit malè agentium , ut in præ.dec.conſuluit. & ff.de uentre inſp.l.j.§.mulier.& fures, & adulteri noctem. exequirunt, Iob. 24. d. & Ioannis.11.b. Qui ambulat in die:nō offendit:qui nocte ambulat, offendit:& qui malè agit, odit lucē. Fateor ꝙ in quibuſdā partib. inoleuit mos curiis regum & multorum Principum, etiam eccleſiaſticorum: apud quos plus in iudiciis proceditur in tenebris quàm in luce:& verificant illud Iob.17.Noctem verterunt in diem.

ADDE,ꝙ Panor. in ca. conſuluit.dicit,Io.And. hic optimè locutū.

b Placuit. ¶ Huius legis caſum ponit.gl.in regula , vtile.de reg iur.li.6.quæ regula cum ſuis exēplis,facit pro hac parte:quā etiā tenuit Accurſius de reg.iur.l.2.licet notet ꝯrium in l.fi.ff.de iuriſd.om.iud.de hoc uide opiniones in regula,ea,quæ fiunt.de regulis iuris, lib.6.pro hac parte l.ſed Proculus.ff.mand.& qđ no.in l.illud.G.de ſacroſanc.eccl.& olim terminando hanc partem tenui,cum quantitates , aut quilibet actus de ſe ſunt diuiſibiles: vt patet in dec.j.de arb.li.6.cum concor.& no.in l. cum amplius.ff. de re.iur.facit ff.de ver.ob.l.j.§.ſi ſtipulanti.facit ad materiam , quod no. ff.de fideiuſ.l.Græcè.§.illud.& l.ſi à reo.ij.reſp.& adde quod dicam j̄.ver. prox.

ADDE,ꝙ Bar.tenet gl.in l.fi.ff.de iuriſ.om.iud. quia licet ſummæ ſint diuiſibiles,tamen iudicium eſt indiuiduum: & hanc opinionem Ale. ibi dicit communem. Fulgoſus tamen ſequitur opi. Io. An. licet de ipſo mentionem non faciat.

c Opere. ¶ Ac ſi dicat,aliud,cum iudex pronūciat,quod non poteſt, de quo ſ.uer.prox.aliud, ſi pronunciat , quod non debet,cum cadebat j̄. iuriſdictionem,ut hoc caſu valeat,ſi non appellaretur, C.de mo.mulct.l.fi.

d Vbertum. ¶ Vbi tractat de ſententia delegati.uerſi.quid ſi negotium.

e Sedebunt. ¶ Adde.quod ſtatim dicam in ver. ſeq.

f Secundum Ac. ¶ Qui hoc ponit. C.de ſent. ex breuic. recit.l.1.& de hoc de re iud.cap.fin.lib.vj. Ponit autem Acc.in l.præ.opinionem dicentium ꝙ ſedere debet iudex in cognoſcendo,non autē in pronunciando,cum plenè cognouerit:quod dictum placuit ibi Pet. & Cy. Vnde Gui. de Suzar. dicebat ſuper l.prædicta.& in ord.iud ſub rub. de ſententia. ſeſsionē non eſſe de ſubſtātia:allegauit l.j.in fine, ff.de uentre inſpicien.Hæc ſunt reprobata per præd.dec.vlt.§.j. vide , quod poſt Hieron. ibi dixit ſuper fin. penultimæ gloſſæ.

ADDE Bar.in d.l.ij. qui dixit, quod vbi iudex non habet locum vel ab initio determinatum, poſſet procedere illud , quod dicitur de equo , vel curru.

g Et dominum meum. ¶ Vbi ſ.eod.titulo,§.qualiter.in princip.

h Scriptis. ¶ Vt expreſſè habetur de re iudicata.cap.vlt.§.primo.lib.6.

ADDE ꝙ adeo hoc eſt verum, vt ſi ſit lata in ſcriptis , & non poſsit legi, dicatur lata ſine ſcriptis:ita Bal.in l.j.ff.de iis , quæ in teſ.delen

i Medicinalis. ¶lib.6.

k Aliqua. ¶ Certum eſt,ꝙ declarari & interpretari poteſt ex ſcripto, vt ibi & etiam ex non ſcripto, vt ibi procedit.

l Speciale ibi. ¶ Hoc probat cle.de verb.fig.ſæpe. uer. pen. coniuncta dec. diſpendioſam.de iud.at ſi clerici.

ADEE caſum ſecundum Bar.in l.leuia.ff.de accuſ.

m Ver.3. ¶ Parum docet iſta remiſsio:opiniones vide de re iu.c.fi.lib. 6. in v.gl.Guido de Suz.ſuper auth.niſi.C.de ſen. ex breui. recit.dicit , id fieri poſſe.vltra iura in ver.allegata inducit C.comm.diui.iudicem in prædiis & C.de temp.app.l.fi.& uide j̄.ver.quid ſi de partium.

n Puto. ¶ Idem Alber.Gal vbi ſ.verſi.ſed pone, ꝙ iudex.

o Notabiliter. ¶ De hoc in præd. decre. vlti.de re iudicata.in fine.v.gloſſę.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non fuiſſe lata in ſcriptis : & ſic non valet, niſi iudex expreſſim
dicat ſe tuliſſe in ſcriptis, ut ſ̃. ꝙ ſi dicat abſolute ſine ſcriptis la
ta, reſpondeatur, id de partium ꝯſenſu actum fuiſſe, ut ſupra uel
ꝙ erat laicus imperitus literarum, C. de iudiciis. certi. ff. de iu-
riſdictione omnium iudicum, l. 2. ff. de procuratoribus. mutus.
in princ. uel quod conſuetudo regionis hoc habet, C. de eman-
cipationib. l. j. extra de fide inſtrumentorum, cum dilectus. xj.
diſt. in his. Alias autem nihil intereſt, utrum ſententia ſub uer-
bis primæ, uel tertiæ perſonæ loquatur, ſecundum quoſdam.
Tu dic, ut ſupra de inſtrumentorum edi. §. 2. uer. ſed & in ſen-
tentiis. & §. inſtrumentum. uer. item opponitur, ꝙ inſtrumen-
13 tum. ¶ † Et nota [a], ꝙ quidam iudices erant dictantes ſententias
a ſuas aliis excipientibus, uidelicet partibus, uel etiam vniuerſis,
dicentes : Noueritis, ꝙ ſic pronunciamus. nam tales ſcripturæ
ſunt potius teſtimoniales præteritorum, quàm aſſertoriæ præ-
ſentium. Sed nec debent alicui ſcribere ſententiam, & loqui in
præſenti, dicendo: Noueritis, quod ita pronuncio. Ar. contrà,
extra de ſequeſt. poſ. c. j. & de re iudicata, inter monaſterium. &
b ca. abbate ſanè [b]. & de conceſ. præben. quia cunctis [c]. & aliæ plu
c res, in quibus hoc reperitur factum eſſe : ſed non obſtant ſi be-
ne conſiderentur: & uide ſupra de citatione, §. iam de citatione.
uer. quid ſi iudex ita. Item cõtra ſupra de excep §. uiſo uer. quid
ſi appellans. Debet ergo iudex ita dicere: Ego, uel nos, talis iudex
ordinarius, partibus præſentibus, talem ſententiam proferimus
ad æternam rei memoriam, uel ad honorem Dei, uel ad hono-
rem & conſeruationem iuris litigatorum : uel alia ſimilia uerba
14 ut ſupra patet. §. ut autem. uer. cum fertur. ¶ † Quid de interlo-
cutoria? Dic, quod non eſt neceſſe ipſam in ſcriptis ferri, licet
ſit in actis redigenda, ut extra de proba. quoniam contra. vbi
d de hoc [d]. Et nota, quod quidam in prolatione ſententiæ poſt
factum recitant & partium rationes, & eas : quæ ipſum moue-
rint ad pronunciandum : licet neceſſe nõ ſit eas in ſententiæ ſcri
ptura aſſerere, ut ſupra §. qualiter. uer. uerum. & poſtmodum
ſententię concluſionem legunt in ſcriptis : & nos ſic ſeruamus
ſupra de concluſio. & renunciat. uerſi. auditis. Romanus quo-
que pontifex idem ſeruat, excepto quod de concluſione in ſcri
ptis legenda prędixi, ut ſupra uer. proxi. Sed nec in curia Francię
in ſcriptis pronunciatur : quia ibi ſecundum iura ſcripta non li-
tigatur: quinimo diębus feriatis audiunt, & pronunciant, & plu
ra alia faciunt præter iura ſecundum ſuas obſeruantias ſpecia-
les. Quidam autem potius ruditate, quàm ratione moti, non
approbant præmiſſum recitandi modum, dicentes, ſententiam
legendo proferendam eſſe, inducentes pro ſe extra. de appella-
tionibus, præterea. 2. quæ nihil ad hoc facit. Argumentum ta-
men pro eis eſt ij. q. 1. ca. ſtatutis. à contrario ſenſu, ibi, diffinitio
nes de ſcripti recitatione proferant. & c. legum. ibi, ſententia,
quæ ſine ſcriptura profertur, &c. Sed tu dic, quod ſatis in ſcri-
ptis profertur, vbi concluſio, quæ uirtutem ſententiæ continet
in ſcriptis recitatur. Item eſt nulla ratione proceſſus : ut ſi eſt la-
ta lite non conteſtata, uel omiſſo aliquo de his, quæ ſunt de
ſubſtantia ordinis indiciarij. vt C. de ſententiis & interlocutio-
nibus omnium iudicum l. prolatam. que eſt 2. quæſt. 6. §. diffini-
tiua. & ſupra in proœmio huius ſecundæ partis. Vtrum autem
partes poſſint renunciare citationi, ut teneat ſententia? dic, vt
15 ſupra. de citatione, §. uiſo. uer. ſed pone. ¶ † Quid ſi de partium
uoluntate tacita, uel expreſſa, iudex ſine litis conteſtatione co-
gnoſcens tulit diffinitiuam ſententiam? & uidetur: quod valet.
ſupra metam debiti, utile per inutile non uitiatur, ut no.C.de re iu.l.2. & ideo illa clauſula, ſaluo, quòd ſi eſſet vltra formam, reducimus ad formam, &c. non videtur valere. quia licet ſit vnum capitulum, tamen diuidi poteſt. Docto. dicunt contrarium: quia indiuiſibilis eſt ſententia, ff. famil.erciſcũ. l.in hoc iudicio. ſed ibi erat defectus modi & rei, quia non erat iudex functus officio ſuo, ff.de arbitr.l.quid tamen. hic vero erat exceſſus: & plus continet minus. & videtur caſus ff.de arbit.l.diem proferre.§.ſi plures. Sed alia ratione non videtur valere dicta clauſula: quia eſt incerta & conditionalis, ſed reſpectiue certificatur per acta, C.de ſen.l. cum iudex Sed tertia ratio, quare non valet, eſt, quia continet repugnantiam, ff.de reg.iur.l. vbi repugnantia. & hoc ſentit gloſſ.C.commu. vel epiſto.l.3. ſecus in adiuncto cõpaſsibili, ff.famil.erciſcun. l. itẽ Labeo.§.j. Bald. vide infra. de appellatio. §.ex forma. Bal. ¶ Pone, ꝙ poſt ſñiam opponit exceptio permiſſa opponi: iudex ſtatuit terminũ ad probandũ, teſtes non depoſuerũt intra terminum quęrit an ſufficiat intra terminũ iuraſſe? Vr̃, ꝙ ſic, nã & ſine articulis potuerunt teſtes examinari ſuper exceptionibus. Item depoſitio retrotrahitur, vt no.in c.j.de offi. deleg. in Cle. SOL. ſufficit, ſi vult eos examinari ſuper exceptionibus. ſed ſi vult producere articulos, videtur, quòd non poſſit, ff.de iureiur.l.admonendi. in verbo, quibus ſolis. Sed contra dico: quia articuli ſunt declaratio exceptionis, & ideo etiam poſtea produci poſſent argu.ff.de teſta.l.hæredes palam.§.j.& hoc in termino iudiciali: ſecus videtur in legali, extra de exce.c.pia. lib.6. Nam terminus iudicialis poteſt prorogari, ſed terminus legalis non. vt no.in auth.de exhi.re.§.ſuſcepto. Si tamen pars producens facit quicquid potuit, faciendo grauari & pignorari teſtes, hoc ei ſufficit, etiam ſi non iuraſſet intra terminum: & poſſunt iurare poſtea, & finguntur recepti intra terminum, arg. C.de inoffic. teſtam.l.eum qui. & l. contra maiores. & valet abſque alia dilatione, ſecundum Franc. Accur. in quodam ſuo libello: allegat ad hoc C. de teſti. l. ſi quando. in fin. Tutius eſt tamen, ſi noua dilatio petatur. Bald. vide Bartol. ff. de dam. infe. l. damni. §. Sabini. ¶ Sufficit in ſententia dicere, Condemno. Item ſufficit dicere, Iure petis, iure querelaris, &c. C.de fru. & lit. expen. l. terminato. Bald. ¶ Non debet incipi ab executione, C.de execution. rei iudicat. l. nimis propere. ff.de re iudica.l.ſi cum nulla. C.de pact.l.ſi pacto, quo pœnam. & ideo non procedit libellus, peto debitorem meum cogi ad ſoluendum mihi, niſi petam cum condemnari: quia petitur executio ſine ſententia, ſecundum Barto. Sed tu dic, quòd petendo conſequens, videtur petere antecedens, vt lege, & ſi non cognitio. C.ſi contra ius, vel vtil. public. & argum. C.de fideicommiſ.l.quamuis ſimpliciter. & ff.de acq hæred. l.illud. ¶ Præterea nomine compulſionis etiam pronunciatio intelligitur, ff. de vent. inſp.l.j.§.ex hac. Nam omnis libellus eſt tolerandus, ſi poſsibile eſt, vt dicit Innocen. extra de iu.c.examinata. Suppletur ergo libellus circa concluſionem: item circa medium, ſiue narrationẽ, l.omnes.§.Lucius. ff.quæ in frau. cred. & facit quod no.j.q.4. quia præſulatus. in glo.or. Bald. vide Barto. in l. moribus.§.j.ff.de vulg. & pup. ¶ Contra fugitiuum incipitur ab executione, l.ait prætor.§.ſi debitor eſt. ff.de his quæ in frau.cred. Item ex pacto, de pig.act.l.3. item in nunciatione noui operis incipitur à præcepto, ff. de no. ope.nun.l.de pupillo.§.meminiſſe. Item contra fideiuſſorem iudicatum ſolui: quia iſte accedit executioni, & ei ſe ſubmittit. nam licet ſententia non ſit lata contra eum, tamen patitur executionem. C. de vſur. rei iud. l.fina, in fin. & dic, vt ibi not. Et vna lex ponit ſingularem rationem, quæ talis eſt, ſcilicet: quia contractus factus apud acta, æquiparatur confeſsioni in iudicio factæ, & mandatur executioni tanquam confeſsio iudicialis: ita dicit text.ff.de pact.l.tale pactum.§. qui prouocauit. & eſt noua ratio. Ad idem facit C.de teſta.l. omnium. vbi dicitur, quod teſtamentum factum coram principe, vel apud acta alterius iudicis, habet vim teſtamenti publici & inſinuati: quia fit de actis: ſiue fiat apud acta, ſiue ante factũ redigatur in actis. & not. hoc. & hoc verum in eo fideiuſſore iudicatum ſolui, qui fideiubet apud acta, contra quem proceditur ex actis: & ſic ex liquido & notorio iudici vt iudici. Si autem in contractu ego fideiubeo pro Titio, & promitto pro eo iudicatum ſoluere, iſta fideiuſsio non eſt iudicialis; nec eſt notoria iudici vt iudici: & ideo Titio condemnato, non fiet in me executio, ſed ex ſtipulatu conueniendus ſum, quia magis ſum fideiuſſor contractus, quam iudicij, ff.de iureiuran.l.duobus.§.qui iurauit. Et ſi diceres contrarium, tunc adiecta promiſsione in tali clauſula prędicta de iu.ſol. ſemper eſſet executio parata in fideiuſſorem, tam realis, quam perſonalis, reo condemnato: & eſſet noua & bona cautela: tamen caue, ne facias poni, quia inuſitata generant ſuſpicionem falſitatis in inſtrumentis: & not. in l. vim. ff. de cond. inſti. Bald. ¶ Porro in fideiuſſorem de iudicio ſiſti, non fit executio condemnationis, ff. de fideiuſſ.l. Græce.§.& poſt litem. Sed bene fit executio in hoc, ꝙ ſiſtat, ff.de in ius vo. eum pro quo ſed vſque ad ſententiã, non poſt: quod eſt notabile. & vide, quod not. ff. de verb. obli.l. continuus. §. cum quis. per Dyn. Item in ſequeſtris, & in habitationibus proceditur interdum extra ordinem, ff.de leg.commiſ.l.fi. & de offi.procur. Cæſ.l.fi. Bal. vide s̃.e.§.ſententia lata in capitalibus. ¶ Qualiter fideiuſſor acceptus in cauſa iudicati, patitur paratam executionem: & ſecus in promiſsione rei principalis & hypothecaria data hypotheca, no.C.de execu.rei iud. l.2. ff.de mino. l.minor 25.ann. cui fideicom. Bal. ¶ Nam natura illius acceſſorij eſt natura illius ſatiſdationis, ne lites ex litibus oriantur, vt l.terminato. C. de fruct. & lit.exp. ¶ Item nota, ꝙ vbi inordinatè proceditur, non valet tenuta, vt d. l.j.& 3. in c.poſtulaſti. de conceſ. præben. per Inno. Et filiofamilias bonis cõfiſcatis non patitur pater executionem: imo occupat peculium filij, tanquã mortui, C.de bo.proſcri.l.ſi filius. Nec obſtat, quod no. ff de nox. & ſi condemnatus quia ibi ſententia fuit ciuiliter lata: vnde pater tenetur ex quaſi contractu: ſecus in criminali, & maxime in ſententia confiſcationis, ex qua nulla oritur obligatio, ut no. Bar. ff.de dam.infe.l.ſi finita.§. ſi qua. & facit C.qui bon.ce.poſ.l.pen. & l.3.§.ſi filius. ff.quod quiſque iur. nec tenetur pater aliquid fiſco aſsignare, vt l.ſi qua pœna. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. per Guliel. & Cyn. Si vero pater tenetur ſoluere pro maleficio filij ex forma ſtatuti, tunc aut filius eſt conuictus: & tenetur pater. aut confeſſus, & ſimiliter tenetur, niſi pater probet contrarium: ad quod probandum debet admitti pro ſuo intereſſe, ut not. l.2. ff.ſi ex noxa. cauſa aga. aut filius eſt contumax, & non tenetur pater: quia contumacia non facit ius, niſi contra contumacem, ff.de inofficio. teſtamen.l.qui repudiantis. §. fina. & ſi ſtatutum non facit mentionem maleficij, ſed condemnationis, & condemnationem ſolui iubet, tunc pater quaſi fideiuſſor iudicatum ſolui, tenetur etiam de contumacia filij, argumen. ff. de verbo. obligatio.l.cum filius, & ibi Barto. & l.2. ff.ad municip. cum ſi. Bald. vide ff.de dam. infect.l. ſi finita, §.ſi qua. per Barto. ¶ An bona dotalia poſsint capi pro debito? quod poſſunt, ponitur de bon.dam.l quinque legibus. Quid de paraſernalibus? vide C.ne vxor pro ma.l.2. Bart. ¶ An qui habet tempus quadrimeſtre, patitur primum & ſecundum decretum immediate? Glo. innuit, quòd ſic: ſecus, ſi ex interlocutoria, id eſt, ante ſententiam, ſit veniendum ad ſecundum decretum. cum ibi nulla dilatio præceſſerit, vt not. in l.fin. C.de execut. rei iu. Tu dic, ſemper aliquod ſpatium dandum, eodem titu. l.ordo. in verſi. diu. quod eſt arbitrarium: & iudex dabit minus tempus ei, qui habuit illam dilationem, quam non habenti. facit, quod not. ff.de conſtitu. pecu. l. promiſſor. per G. Et in hoc ſeruabitur natura illius loci, vt not. in l.fi. C.de iur.do. ¶ Secundum decretum non poteſt interponi, niſi præcedentibus bannimentis, ſi quis eſt, qui velit illam rem emere, &c. vt dicta l.ordo. Et illud eſt verum, vbi deſideratur excuſsio, an.ſ. reperiatur emptor: ſecus in cauſa noxali, de dam. infect. no, in l.iubere cauere. ff.de iuriſd.omn.iud. Et ſi res non extat, poteſt fieri executio in æſtimatione, licet ad hoc non ſit principaliter actum, C.de exec.rei iud.l.ſi longis. ſecundum Barto. ¶ An interlocutoria requirat peremptorium? Dic, quòd aut eſt interlocutoria irreparabilis à diffinitiua: & tunc exigitur peremptorium, quia ſortitur naturam diffinitiuę: aut poteſt reparari per diffinitiuam uel per appellationem a diffinitiua: & tunc ſufficit vna citatio, ſecundum Guid. de Suz. facit C. quomodo & quando iud.l.conſentaneum. & vide ibi Barto. & eſt text. in l. præſenti. §.ſanè. C.de his, qui ad eccle.confu. Quòd requiratur peremptorium in interlocutoria, quæ parat præiudicium in principali, vel in proprietate, vel in poſſeſsione, not. C.de appel.l.ſi quis prouocatione. vide s̃.§. ſed an valet præceptum. B. ¶ An oppoſita exceptione contra executionem ſententiæ, iudex poſsit exequi ſine alia pronunciatione de exequendo? Dic, quòd ſic, & eſt vtilis cautela. quia ſi pronunciaret, exequendum, appellaretur ab iſta pronunciatione. ſed ſi exequitur, non poteſt appellari, niſi excedatur modus, vt not. in d.l.ab executione. Iudex ergo mittet in poſſeſsionem, & habet licentiam capiendi, non obſtantibus exceptionibus: non autem pronunciabit exequendum: ſed exequi mandabit, & exequetur: non autem appellabitur ab executore. Sed certe etiam ipſa pronunciatio eſt pars executionis, & ideo nec ab ea appellatur, niſi excedatur modus primæ ſententiæ: arg. nota. ff.quod metus cauſ.l.ſi cum exceptione. §.in hac. ſecundum Fran. Accur. in quodam libello. Vel dic, quòd ſi fuerit aliquid probabile obiectũ executioni, tunc poſsit appellari, tanquam à grauamine, cauſa ſpecificata: alias non. Bald. vide s̃. eo.§. vbicunque. & §.an pronunciatio de exequendo. & infra titu.2.§.non eſt neceſſe. ¶ Dicit ſtatutum, quod homicida condemnetur in mille: & ſi fuerit contumax, condemnetur in quarto pluri: alio ſtatuto cauetur, quod ſi homicida non ſoluit pœnam homicidij intra decem dies, decapitetur: modo homicida ſoluit mille, ſed non quartum plus, an decapitabitur? & videtur, quòd ſic: nam totum debetur ex contumacia, & eſt debitum in forma ex contumacia: ergo non debet diuerſo nomine, vel iure cenſeri, argumen. ff.de pact. dot.l. inter.§. cum inter. In contrarium videtur: quia pœna homicidij eſt ſignata & taxata in mille: & de iſta originali pœna debet intelligi, ff.de petit.hæred.l.item veniunt.§.cum prędiximus. & ff.ſi certum petat.l.certi condictio. in princip. nam plus eſt pœna ſolius contumaciæ, quia pœna non oritur tempore delicti, ſed tempore contumaciæ, ff.de in lit.iuran. l. j. & hæc vera, quia iſta pœna non recepit aliam pœnam, argumen. C.de vſur.rei iudica.l.fina. & nota. ff. de petition. hæred.l. hæres furioſi. Baldus. ¶ Sententia lata per vnum iudicem, mittitur executioni per alium, qui habeat iuriſdictionem in perſonis. ff. de iudicatio.l.argentarium.§.nomine. facit quod not. ff.de poſtulat.l.ex ea. Sed ſi non habet iuriſdictionem in perſonam, ſed in res, tunc non poteſt facere executionem, niſi requiſitus per literas primi iudicis, ff. de bonis auctoritate iudi.poſsi.cum vnus.§.is qui. ff.de iuriſdictio. omn. iudic. l. cum quædam puella. & ibi per Cynum in lect. Dicit ſtatutum, quod ſi condemnatus pro vulnere non ſoluat condemnationem intra decem dies, quod ei amputetur manus: modo quæritur quando incipit iſtud decendium? & videtur, quòd poſt 10. dies: quia tunc dicitur condemnatus proprie. ff.de pig.l.ſi fundus.§.ſi plures. In cõtrarium videtur, quòd ſtatim lata ſententia: & ſic fiat computatio de momento ad momentum, argument. ff.de minoribus. l. 3.§. minor. SOL. Dies ſententiæ non computatur, ſed à die ſententiæ currit, ſi non eſt appellatum: ſi autem eſt appellatum, tunc a die confirmationis ſententiæ, niſi dolo, vel lata culpa eſſet appellatum, quia tunc appellatio ei non prodeſt, C.de uſur.rei iudica.l. ij. Sed contra hoc opponitur. nã ex iſta ſententia ante decem dies non oritur actio: ergo nec ante currit terminus ſoluendi, argumen. ff. de iure dot. l. tali. SOL. Imo ſtatim oritur actio, reuocabiliter tamen, ſi appellatur. quod ſic probo: appellatio reſcindit pronunciatum, ff. ad Turp. l.j. & fin. tunc dices, quod aut reſcindit factum, & hoc eſt impoſsibile, l.in bello.§.factæ. ff. de captiuis. aut ius: & ſic ortum erat, ſecundum Iacob. de Ranen. nam non poſſet rumpi, niſi eſſet natum, ff.de iniuſt.rupt. & irrit.teſta.l. nam & ſi ſub conditione.§. rumpendo, & de verbo.obligatio.l.decem. vide, quod not. C. de teſti.l. præpoſteri. vide infra. eodem. §. not. quod in ciuili. ¶ Titius fideiuſsit iudicatum ſolui pro Seio accuſato. nam in criminali ſuo nomine conuentus ſatiſdat iudicatum ſolui: ſecus in ciuili. nam in criminali, niſi ſatiſdet, debet detineri in carcere publico, vel in palatio, de cuſto.reo.l.i. & l. ſi quis reum niſi ſit mulier, quæ non debet detineri in carcere propter inopiam fideiuſſoris: quod not. C.de cuſto.reo. authenti. nouo iure. pone ergo, quod fideiuſſor eſt coactus ſtatim ſoluere: quia in criminali non datur tempus quadrimeſtre: ſed in ciuili ſic: quæro ergo, an fideiuſſor ſtatim exigat reum? nam inter eos ciuilis obligatio verſatur, non criminalis. Dic, quod ſtatim iudex maleficiorum poterit hoc facere, argument. C. de ſentent.l. cum eorum. C. vbi cau. fiſcal.l. cum vendi. & ibi per Iacob. & C. de vſur. rei iudica.l. fina. in fine & ibi plene per Bartol. Bald. ¶ Natura copulæ eſt, diuidere obli-nem condemnationis, vel contractus, in viriles, C.ſi plu. vna ſ

tendimus naturam primæ cauſæ, ſed naturam verborum cauſæ ſecundæ idest, ſententię, ut ibi no. & l. j. de condi. & demonſt. §. cum fundus. ff. de leg. 2. Banna etiam, quæ fiunt ex parte Poteſtatis, fiunt magis ad terrorem, quá ad valorem, C. commi. vel epiſt. l. programma. & uide infra tit. prox. §. bannum generale. ¶ Subſcriptiones etiam iudicum non habent vim ſententiarum, eo. l. penul. tamen hoc vide. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. j. per Gul. ¶ Conflictus non dicitur ſolum in libellis, ſed etiam in iudicis, C. cõmi. vel epi. l. fina. Baldus. ¶ Ceruicoſa & capitoſa præcepta iudicum inania ſunt, & vim ſententiæ interlocutoriæ non merentur, C. commi. vel epi. in rubro & nigro, & infra de re iudica. præceptũ. ¶ Pro peccato vnius hominis non debet contrata, vel vniuerſitas condemnari, vel puniri, ut no. in authentic. vt nulli iud. §. quoniam. Col. 9. in gloſſ. ordin. ſiue ille ſit certus, ſiue incertus. Bald. Quod ſi libellus eſt iuri contrarius & ineptus, ſententia eſt nulla: vt patet extra de emptio. & venditio. capi. cum dilecti. ſed vbi eſt præter legem, non contra, tunc ualet, ſecundum Bar. ergo conteſtatio litis ſuper libello inepto valet. nam & ſine libello ſuper ſimplici vera narratione valeret litis conteſtatio, ſecundum quoſdam: quia tenent, quòd oblatio libelli poſsit omitti & remitti de conſenſu partium: vide ſup. de offic. iudi. §. ſi iudex. ¶ Sententia lata ſuper accuſatione non continente locum & tempus, valet: nec poteſt condemnatus eam dicere nullam quia lex dicit, quòd debuit petere ſe aboleri ante ſententiam propter libellum informiter porrectum, ff. de accuſ. l. libellorum. §. quòd ſi libelli. ita not. Gandi. in ſuo opere in titu. qualiter fiat ipſa accuſatio: & ſic propter defectum ſolemnitatis loci & temporis non vitiatur ſententia: quod eſt notatu dignum. Sed videtur, quod ſit nulla. quia libellus eſt ineptus & inutilis, ff. de adult. l. accuſaturus. Reſpond. quòd hæc exceptio non poteſt opponi poſt diffinitiuam, ſed ante debet opponi. Simile C. de adult. l. quamuis indubitati. Præterea ſuper hoc etiam not. quod procedit libellus per circumſtantias non declaratas, ff. de pœn. l. ſi præſes. ſed ibi loquitur de circumſtantijs, id eſt de qualitatibus, non autem de ſolemnitatibus: & ſic non facit ad quæſtionem noſtram. G. Nam additio qualitatis non eſt de ſubſtantia libelli: ſed adiectio ſolemnitatum ſic. Sed contra Gandinum facit ff. de interrogatio. actio. l. ſi filius. la 2. ff. ne quis eum. l. j. §. Offilius. ff. de iureiuran. l. ſi patronus libertum. & quod ibi Dyn. contra glo. vide ſupra de accuſ. §. ſed quid ſi ſtatutum. & infra de libe. conce. §. exceptio inepti libelli. ¶ Iudex formauit inquiſitionem ſuperuenit accuſator: tandem condemnauit ex inquiſitione: modo quæritur, an iſta ſententia ſit nulla, vel annullanda per appellationem, necne? Et videtur, quod ſit nulla: quia accuſatio reſcindit inquiſitionem, & remedium ordinarium tollit extraordinarium.

SOL. Dico, quòd non tollit ipſo iure. ſed oportet, quod pronuncietur non eſſe procedendum obſtante exceptione obiecta per reum, ff. ad Velleian. l. ij. in fin. Sed an poterit appellari ex eo, quòd reus ſit grauatus ob hoc ipſum? Quæſtio ſtat in hoc, an inquiſitus debuerit ſilere, vel non: & ſi iudex habet ſuſpectam concluſionem accuſatoris, non debet ſilere, argument. C. de abol. l. ij. Idem, ſi fiſcus ex hoc patitur præiudicium, vt quia inquiſitio eſt probata. nam ſi accuſator vult paratam probationem, non ad initium nouæ probationis redigere, iudex non debet hoc pati: ſed ſi bona fide agatur, ſic, argumen. ff. de iureiuran. l. eum qui. §. in popularibus. Et ad illud argumen. de ordinario & extraordinario reſponde, quod vbi extraordinarium tendit ad coadiuuandum ordinarium, & ad eundem finem, non ceſſat vnum propter aliud, vt not. ff. de rei vendicatio. l. j. §. per hanc. & hoc quantum ad ordinem: ſed quantũ ad proceſſum, debet procedi ſuper vno. Vnde iudex debet hic eligere alteram viam niſi quatenus plus eſſet in accuſatione, quam in inquiſitione: quia tunc poſſet ſimul proſequi vtrunque, argumen. ff. de actionib. & obligatio. l. qui ſeruum. ¶ Practicam ſerua: quòd ſi plenior ſit accuſatio, ſuper eo tantum procedatur, & pronunciabitur, non eſſe procedendum ſuper inquiſitione. Acta tamen publica valent in ſequenti iudicio, ſcilicet ſi fuerit receptus ſuper crimine: ſecus ſi ſuper fama, vt infra eodem. §. penulti. & vide infra de inquiſi. §. ex probationibus. argumen. C. de re iudica. l. geſta. ſed atteſtationes non publicatæ in inquiſitione receptæ, non valent in accuſatione. Item nouæ dilationes dantur: quia eſt noua inſtantia. & hoc coram eodem iudice. nam coram diuerſis melior eſt conditio peruenientis: vide infra de inquiſi. §. quidam. & §. penulti. & infra eod. §. ex probationibus. ¶ Et an abſolutus per inquiſitionem poſsit accuſari? dic quòd ſic, ab eo, qui proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, ſi docet ignorantiam, vel colluſionem: alias non. nec iudex debet proſequi ſuorum iniuriam: quia in cauſa ſuorum non poſſet iudicare, vt not. ff. de iniur. l. lex Cornelia. in princip. ¶ Et in priuatis criminibus non habet locum inquiſitio de iure communi: quia iudex non repræſentat perſonam priuatam offenſam, ſed publicam: & illud ius eſt priuatum, non publicum, ideo a perſona publica non poteſt exerceri. de hoc not. Gan. ad practicam in ſuo opere in titu. qui poſſunt accuſare: & ibi videas, Baldus.

¶ Ad mortem nemo poteſt ex indicijs condemnari, nec ſententia mortis ferri ex indubitatis indicijs, ſecundum quoſdam: vt not. Gand. in titul. de præſumpti. in fin. Aliter ſentit Dyn. in l. ij. ff. de excuſatio. tutor. Iſtud tamen certum eſt, quod tortura fieri poteſt etiam ex vno indicio indubitato, vel multum veriſimili, vt not. G. in titul. ex quo tempore poſsit fama incipere: & locus à communiter accidentibus inducit indicium indubitatum: vt ſi volo probare aliquam eſſe meretricem, eo quod paſsim admittebat iuuenes ad ſe, C. de probatio. l. neque. per Guid. & Iacob. vide Barto. in l. fina. C. de probatio. & infra eodem, §. ſententia condemnatoria non poteſt verſicul. in cauſis. & infra eodem, titul. proxim. §. confeſsio in tormentis.

¶ Titius fuit confeſſus ſe occidiſſe quendam hominem, cuius nomen ignoratur, & ipſum proieciſſe in mare: vnde corpus apparere non poteſt: quæritur, an ex hoc Titius debeat condemnari? Et videtur, quod non: nam liquere debet de corpore interfecto: alias non poteſt præſumi factum ab aliquo, ſi ipſum factum in ſe eſt incertum, ff. ad Syllanianum, l. j. §. ibidem. Item iſta confeſsio eſt multum vaga & incerta, & in genere: ergo non valet, ff. de confeſſ. l. certum. SOL. Si non apparet aliquo modo de mortuo, non debet ferri condemnatio, ſed ſi per famam probaretur mors, licet corpus inſpici non poſſet, vel quia in ſepulchro reſolutum, vel in flumen proiectum, tunc ſtabitur confeſsioni; argument. ad hoc, quia mors poteſt probari per famam, C. ſol. matrimo. l. ſi quidem. & uide Gan. in titulo, qui ad præſumpt. famæ, in titulo, de præſumptio. Bald. ¶ Exceptio banni eſt exceptio rei iudicatæ, ſi bannitus poteſt impune offendi: & ideo impeditur proceſſus, ſecundum Gandi. in titulo, vtrum procurator in maleficijs. in vltim. colum. de hoc dic, vt not. C. de accuſatio. l. reos. per Cynum. Pendente tempore appellandi bannitus poteſt impune offendi: & non impeditur proceſſus, ſecundum Gand. in titulo, de bannitis pro maleficio: quod eſt falſum: quia interim non debet aliquid innouari: & facit, quod not. ff. de accu. l. ex iudiciorum, per glo. & Dyn. nam ſi interim moritur, expirat ſententia, ac ſi eſſet appellatum. unde ſententia non poteſt patrocinari occiſori: uide ſupra eodem, §. ſententia, quæ non ualet. ¶ Sententia lata ex uno ſtatuto, poteſt ſuppleri mediante proceſſu nouo ex alio ſtatuto ratione qualitatis, ut not. in quæſtionibus ſtatutis per Gand. & in l. ſenatus. de accuſa. per Barto. & ita conſuluit collegium Peruſinum Aſsiſii contra ſcholares, ex quo conſilio hæc ciuitas perdidit Aſsiſium, ſed Iacob. Butri. conſuluit contrarium. ¶ Sententia lata ex inquiſitione formata per Poteſtatem Peruſinum de delicto commiſſo per ſubditum extra territorium, quæritur, an ualeat? & uidetur, quod non: quia in hoc non eſt iudex competẽs, ut not. Gand. in ti. ſui operis ſecundum Odof. Sed Cynus diſputauit contrarium, quia non proceditur ratione ſortiti fori occaſione delicti tantum, ſed quia ſubditus, argumen. ff. de decret. ab ordin. fa. l. fin. maxime ſi inquiſitio fiat in caſu permiſſo iure communi. Idem tamen ſi a iure municipali: quia inſpicitur ſtatutum iudicis in modo procedendi: quia modus procedendi eſt ad ordinem iudicij, non ad deciſionem litis, ſecundum Barto. & alios in l. cunctos populos. C. de ſumm. tri. Sed contra hoc eſt: quia poſſe inquirere eſt ad diffinitiuam cauſæ inquiſitionis, ſic habere uel non habere actionem, uel officium iudicis principale: & Ioan. And. in addit. Specul. tenet, quod non procedat inquiſitio uia ſtatuti: not. Bald. ¶ Sententia aliquando fertur per legem: & tunc non deſiderat cauſæ cognitionem, ſed ueram exiſtẽtiam terminorum, vt no. ff. de cap. dimi. l. amiſsione. §. qui deficiunt. nam lex certa eſt, ff. de cond. ob cau. l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. Iudex tamen non debet exequi, niſi cauſa liquidata, ff. de iure fiſci. l. eius, qui delatorem. ¶ Et in legibus & ſtatutis vltima ſententia valet: quia poteſt ſtatutum reuocari, niſi ſtatutum tranſiuerit in contractum. Nam tunc diſtinguitur: aut contractus reſpicit publicam vtilitatem, & poteſt reuocari per ſtatuentes: aut priuatam, & tunc non: aut miſtam & publicam & priuatã, vt in medico & doctore conducto: & tunc ex cauſa ſuperuenienti poteſt reuocari, ſed abſque cauſa, non. ff. de decre. ab ord. fa. l. quod ſemel. per G. & Bar. & in quæſ. ſtat. per Gand. ¶ Si verò tranſiuerit in ſententiam diffinitiuam iudicis, tunc reuocari non poteſt, C. ſent. reſc. non poſ. l. finali: vide, quod not. C. de teſtam. auth. hoc inter liberos. ¶ Sententia condemnatoria in criminali non poteſt ferri, eo quod reus nolit ſe repreſentare ad tormenta ſuſcipienda, ff. de quæſtionibus, l. penultim. Sed tamen debet mulctari ipſe & fideiuſſores ſui & pro motu iudicis condemnari de contumacia, non de crimine, ff. de cuſto. reo. l. ſi quis reum. nam in criminali ex contumacia nemo habetur pro confeſſo. l. j. ff. de requir. re. Bal. & hoc de iure communi. Sed in Italia per ſtatuta terrarum communiter aliter prouidetur: quæ ſtatuta valent, vt l. omnes populi. per Bal. ¶ Sententia condemnatoria non poteſt ferri ex ſola fama, nec in ciuili, nec in criminali: ſed ex fama & vno teſte de veritate poteſt ferri in ciuili, ſed non in criminali præſertim vbi de hominis ſalute certatur: quia fama in criminali non eſt ſpecies probationis. nam & fama inducit ſuſpicionem: ſed ſuſpicio non probat in criminali, ff. da pœn. l. abſentem, & hoc tenent Practici, apud quos ratio experimento confirmat, vt tenet Gand. in titul. qui ad probat. famæ: & Fran. Accur. Et interdum fama veritati probatæ conſentit: & tunc confirmat, & præualere facit contrariæ probationi, vt. ff. de teſti. l. 3. §. idem diuus. ff. de quæſtio. l. de minore. §. tormenta. Interdum certum eſt, quod diſſentit veritati: & tunc falſa fama nil operatur, niſi quia interdum errantem excuſat ff. de adu. l. miles. §. pen. ff. de acquir. hæred. l. cum quidam. §. quod dicitur. Nam fama eſt potius coniectura, quam probatio: & in rebus certis non eſt coniecturę locus, ff. de verborum. obliga. l. continuus. §. cum ita. ¶ Interdum dubitatur, an fama cum veritate concordet, vel diſcordet: & tunc pro fama, quæ eſt apud bonos & graues, pręſumitur: tamen illa eſt præſumptio hominis, & non legis: & ideo non eſt ſpecies probationis, ſed dat exordium & materiam inueſtigandi & inquirendi veritatem, C. de offic. rect. prouin. l. iuſtiſsimos. & ſic eſt efficax ad ordinationem iudicij, non ad deciſionem in cauſis criminalibus. ¶ Fama, quæ etiam alijs coniecturis iuuatur, valet ad tormenta in criminalibus grauibus. Quidam tenent, quod etiam fama non faciat ſemiplenam probationem: & ideo non probet cum vno teſte de veritate: quia ſunt duæ ſpecies diſsimiles, quæ non faciunt vnam ſpeciem perfectam, ſecundum Oldr. & Barto. in l. 2. §. ætas, ff. de excuſ. tu. Dyn. & Accur. contra tenent, quia non agitur de inducendo de nouo, ſed de probando: & no. Bartol. vide infra de notor. cri. §. item fama, & ſupra eodem. §. ad mortem.

¶ Illud nota, quod teſtis, qui ſuper articulo de veritate dixit ſe nihil ſcire, intelligitur dixiſſe, ſcilicet de veritate, de qua erat interrogatus, argumen. ff. de interroga. actio. l. ſi defenſor. §. 1. & non de credulitate, id eſt fama, de qua non fiebat interrogatio: & ideo poſtea deponendo ſuper fama, refertur etiam ad articulos non probatos, vt not. Spec. in tit. de no. cri. §. fama. in fi. §. & Gand. in tit. qui ad proba. famæ: quod eſt not. Bal. ¶ Illud etiam nota, quando refert teſtis ſuper fama, reddat hanc rationem, quia audiuit publicè dici: & tunc probat fama. nam intelligitur publicè, id eſt publica fama, arg. ff. de regul. iur. l. quoties idem ſermo. ſecus, ſi dixit, palam, vel a pluribus, ſecundum Fran. Accur. ¶ Alij dicunt, quod æquiuocatio teſtis non probatur, ſicut nec dictum æquiuocatum, extra de proba. c. in pręſentia. Sed hæc dictio eſt æquiuocata: quia vnus potuit publicè dicere, vt ſaluaretur dictum teſtis a uitio falſitatis; ergo non probat. Bal. ¶ Illud etiam nota, quod ſuper fama ad inquirendum receptæ atteſtationes non valent in iudicio ſubſequenti: ſed denuo teſtes recipiendi ſunt, quia non fuerunt recepti in figura iudicij, ſicut no. in ſimili de bo. poſ. l. 3. §. pen. & C. quor. bon. l. 1. & arg. extra de teſtibus. c. ueniens. lo 2. cum ſi. uide ſuprà e. §. iudex formauit. ¶ Colonus poteſt expelli a fiſco, cui bona ſunt confiſcata, nec poteſt reſiſtere. ff. locati, l. ſi fundus. B.

## ADDITIONES NOVAE.

An ſententia & decretum iudicis contineantur appellatione actorum. Bal. in l. ſupplicare. C. vt lite pend. Bar. in l. in fraudem. §. inſtrumentũ. de iure fiſci.

An ſententia lata ſuper appellatione deſerta dicatur diffinitiua uel interlocutoria, gl. in cle. fi. de appellationibus. Bal. in l. furti. in princ. de his qui no. inf. & ibi dicit quod eſt interlocutoria.

Nota quod ad hoc vt ſententia valeat debet iudex reſpicere acta & acti tata in cauſa, vt l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iud. ibi, acta apud ſe confecta non enim ſufficeret aliquid actum in cauſa niſi iudex illa acta videret vt ibi: & ideo iudex in ſententia debet dicere, Viſis actis & actitatis in cauſa, dixit Bal. in dicto §. & ſi quidem. & Bar. in l. 1. §. conſenſiſſe ff. de iudi. & l. fi. de cond. & demon.

An ſententia lata ſuper caſſatione proceſſus ſit interlocutoria vel diffinitiua. Bal. in l. 1. §. ſin autem prætor. ff. de poſtuland. dicit ꝙ eſt diffinitiua.

An preceptum iudicis ſit ſententia interlocutoria, not. in l. cum clericus. C. de epiſc. & cler. & l. qualem. de arbi.

Nota quod inciſio libelli habet vim interlocutoriæ, l. ſi præſes. C. quomodo & quan. iu. Bal.

An ſententia lata ſuper exceptione peremptoria: dicatur peremptoria vel diffinitiua, Archid. 20. diſt. in ſumma. Io. An. in Clem. fi. de appel.

Quæ dicatur ſententia interlocutoria, gl. dicit in cle. 1. de ſeque. poſ. & fruc. & ibi not.

An ſententia qua iubentur rem reſtitui ſit diffinitiua, vel interlocutoria, gl. in l. qui reſtituere, in gl. mag. fi. ff. de rei vend.

An ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij dicatur diffinitiua vel interlocutoria. Bartol. in l. cum Titia. de ac. gl. inſt. de perpe. temp. ac. §. fi.

Pone ꝙ reus ante ſententiam offert debitum creditori vt euitet ſententiam, nunquid hoc facere poſſit. Bar. in l. infamem. de pub. iud. & l. ſi reus. ff. de proc.

An iudex poſſit condemnationem facere ſub pœna quarti, quod quotidie fit fac. ad hoc l. 1. de vſur. fiſc. ubi dicit Bal. contra illos qui iubent condemnationem ſolui ad x. dies ſub pena quarti plus poſſet etiam dici quod iſta gl. facit in contrarium, cum rectores ciuitatum hodie habeant vim maiorum iudicum l. fi. C. de ſenten. ex breu. rec. & ſic apparet ꝙ poſſint mulctare, dum tamen non excedant modum. nota tamen quod illud quartum quod adijcitur in penam non ſoluentis infra terminum, non eſt pena primi delicti, ſed pena moræ non ſoluendi, vt hic, & l. 1. de in litem iurand. Bal. de hoc in l. 2. ff. de pub. iud. & per hoc defendi quendam ſemel ab amputatione pedis: quia cum eſſet condemnatus ad centum, & ſi non infra x. dies ſolueret in amputationem pedis, non ſoluit infra x. dies: quærebatur an deberet ſibi amputari pes? dixi quod non: quia iſtud non eſt pena delicti, ſed moræ Gui. de Suzar. in l. furti. de his, qui no. infa. po hanc quæſtionem. pone aliquis condemnatus eſt in 10. & dictum eſt ꝙ ſoluat infra 10. dies ſub pœna quarti: condemnatus autem appellauit, vel dixit nullam, & poſtea ſuccubuit: ſi ſoluat condemnatus in alios decem dies: poſt illam ſecundam ſententiam dicit quod non incidit in penam quarti. fa. d. l. furti. & l. 1. de penis & quod not. in c. 1. de ſagitta. per Ber. contra fa. l. tutor. ff. de uſur. & l. negotiorum. de appel.

Sententia interlocutoria quę ſit, notat In. in c. conſtitutus. extr. de app. & opinionem In. confirmat Archi. extr. de elect. c. auaritiæ. lib. 6. in uer. confirment, & 2. q. 6. §. diffinitiua. Archi. in c. j. de app. lib. 6. & c. cupientes. de elec. in fi. & abb. in c. quod ad conſultationem. de re iudi. & Clem. 1. de ſequeſt. poſ. in 2. gl. & Spec. hoc tit.

Nota quod pro ſententia præſumitur ſine productione actorum, Bal. circa prin. c. 2. de feud. cog. & in c. in præſentia. de renun. in prin. per doct. fac. In Auth. clericus. de epiſ. & cler.

In auth. interdicimus. C. de epiſ. & cleri. Bald. dicit. pone, ꝙ propter aliquod delictum quis condemnatus eſt ad perpetuos carceres: tamen iudex in ſententia reſeruauit ſibi quod poſſet penam ſuo arbitrio minuere, an hoc poſſit: Bal. ubi ſupra.

An ſententia quæ fertur in confeſſum dicatur interlocutoria, uel diffinitiua, Bal. in l. non ſolum. de bo. quæ lib.

An condemnati in arenguis publicis efficiantur infames? fac. ꝙ non, l. 1. de mo. mul. & l. 3. §. præterea. de ſuſp. tu. & in auth. de tab. §. ſi uero, in contrarium fa. gl. in l. ſi quis ex argen. §. 1. de eden. & in l. iudices. de iudi. Ray.

Quid de clauſula quam ponunt certi iudices in fine ſententiarum quia dicunt: has ſententias & condemnationes ſecundum formam ſtatutorum, caſſamus & annullamus, & ad formam ſtatutorum reducimus, an ualeat de iure? Bar. in l. moris. de pęnis. & l. 3. de re iudica. & etiam in l. dicere. ad Turpil. Bal. in l. dicere. de arbit. & in l. ſi de meis. §. ex compromiſſo. eodem tit. ſic dicit ex hoc tex. dic ꝙ ſi iudex dicit, condemno in centum, ſaluo pluri pauciorive, quod exigitur à forma ſtatutorum, quod non ualet, ſecundũ Guili. & nihil operatur cum expreſſit, condemno uel abſoluo, quicquid dicat Bar. in l. præſes. de pen. dominus Ang. in l. ait prætor. §. ſi iudex pronunciat ſuper delicto, videlicet talem commiſiſſe tale delictum, dato ꝙ nil de pęna dicat. Bar. in l. 1. ff. ad Turpil.

An ſententia lata in ciuili faciat præiudicium in criminali, uel econtra. Bar. in l. 2. §. hoc edicto. vi bo. rap.

Nota quod ſi condemnatio dicat, ſic condemnamus talem ſyndicum talis villæ, & ipſam villam in centum, quod ipſe ſyndicus videtur condemnatus ad dimidium, & tenebitur, & tenetur etiam ad conferendam aliam dimidiam, tanquam quilibet de uniuerſitate. Bal. in aut. cauſa quę, cum monacho. C. de epiſc. & cler.

Sententia temporalis temporalem effectum debet producere, item ubi ſententia non diſtinguit nec nos. Bal. allegat ad hoc l. imperator de poſtulando. & ibi etiam quærit an in dubio ſententia præſumatur perpetua, an temporalis. & dicit aut fertur ſuper delicto, & præſumitur perpetua, l. ſeruus. ff. de pęnis. & ibi per Cy. aut ex contumacia, & præſumitur durare ipſa durante, c. ex literis. de conſti. Item quærit ſi aliquis ponatur ad conſilia non appoſito tempore de ipſo, & dicit Bal. l. ſiue præſumptione. de pęnis, Bal. in l. puto, §. 1. de poſtulan.

An ſententia poſſit legi per alium, Iacob. Butr. in l. hac conſultiſſima, §. at cum humanis. C. de teſtam. & l. prima. de ſenten. ex breuic. rec. & dicto ibi.

In l. dicere. de arbi. dicit Bar. quod illud quod communiter dicitur ꝙ interlocutoria poteſt mutari in diffinitiuam l. quod iuſſit de re iud. ego aliter dico, ut dicit hic, uidelicet quod illa ſententia poteſt mutari quæ non finiuit iudicium, ſecus ſi finiuit. & hoc multum differt à præcedenti dicto, uidelicet quod quando iudex pronunciauit ſe non eſſe iudicem, uel nõ eſſe procedendum, obſtante re iudicata: poteritne iudex reuocare, reſpondeo non: quia fuit iudicium. & domin. Angel. limitat illam l. quod iuſſit. ut ibi not.

An ſententia lata his uerbis, pronuncio non fuiſſe probatum, ſit ſententia interlocutoria: & dicit quod ſic, l. fi. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. Bald. ibi dicit: ideo dicimus eam qua quis ſimpliciter abſolutus eſt, quod dicitur interlocutoria non diffinitiua, iuxta dictum Cyni dicentis eo caſu ſententiam abſolutoriam latam, quia actor non probatur, non quia reus non debuerit, putarem tamen aduertendum an datæ fuerunt utrique parti dilationes ad probandum, quo caſu dicatur de meritis cauſæ conſtare, & per conſequens ſententia diffinitiua cenſebitur: aut non, vt puta quia forte actor non interfuit, tunc verum ſit dictum Cyni, non obſt. aut. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. vbi contrahitur heremodicium actore abſente: quia dico quod ubi ſe abſentauerunt poſt oblationem libelli, & copiam datam parti ad reſpondendum & pars aſſumpſit onus probandi, & probauit quod licuit vel iuramento ſuo, ideo diffinitiuè abſoluitur. ſed dubitatur an vbi lata eſt ſententia, quia non probauit, actoris, poſſit iterum litem ſuſcitare? & videtur quod ſic, cum non ſit finis cauſæ & obligationi impoſita, ſed inſtantiæ & proceſſui. modo pone. quod datis dilationibus legitimis vtrique parti feratur ſententia abſolutoria: certum erit quod erit diffinitiua, an poterit actor interim mouere quæſtionem: dic quod non, quia talis abſolutoria infert actori non fuiſſe ius: & ſic uidetur lata, quia non debet recipere, non autem quia non probauit. ſed hoc videtur mirum. quando enim ita fatuè nunquam reus aſſumet in ſe onus probandi datis actori legitimis dilationibus ad probandum Reſpon. ꝙ hoc caſu reus non facit cautè, ſed tantum quando eſt abſens actor dilationibus ſibi non datis per dictam auth. qui ſemel.

An in ſententia ſit cauſa inſerenda, gl. in l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. & l. qui Romæ. §. duo fratres. de verborum obligatio. & in l. properandum. §. illo. C. de iudi. gloſſ. contra in l. ſi ad exhibendum. de excep. rei iud. vbi per Bal. & l. 2. ff. de his qui no. inf. & l. ſcio. §. fi. ff. de app. dom. Ray. in l. qui teſtamento. ff. de execu. tut. ſed ſi dubitetur quæ cauſa mouit ipſum ad ſic pronunciandum, debet recurri ad eum, argum. l. ab execut. in princi. de appella. & debet credi ſuo dicto per tex. in d. l. at. C. de fal. l. ſi quis decurio. & l. quicunque. de ſeruis fug. Bald. in l. quod ait. §. ignominię. de his qui not. infa. dicit quod ſi ſententia poteſt vno ſolo modo intelligi, non debet cauſa inſeri: ſecus ſi pluribus modis. & hoc euenit in abſolutoria, in qua poſſunt eſſe plures cauſę, vt quia non probatum, vel quia nullam cauſam habet, & hoc nõ tantum ad ſe, ſed an declarationem ipſius. & ſic in abſolutoria ſemper debet cauſa inſeri. & ſic in condemnatoria quæ poteſt pluribus modis intelligi: tamen ſi non exprimatur ſententia, valet, & videtur lata in cauſam leuiorem, l. ſi præſes. de pęnis. & exemplum huius eſt in ſententia remotionis, vt apparet hic: & prędicta locum habent cum iudex imitatur ius commune: ſed ſi vellet addere vel detrahere iuri communi, tunc eſt exprimenda, l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. infam. & in condemnatoria dic, quod ſi condemnatoria fundatur ſuper libello ſpeciali eſt certa, etiam abſque expreſſione cauſę, ſi vero ſuper libello generali, tunc eſt exprimenda, vt dicta leg. ſi præſes. Bald. vide eundem in authentic. hodie, qui dicit quod in interlocutoria eſt inſerenda: alias facit litem ſuam.

An ſententia ſola ſine cauſa probata infamet aliquem. Bar. in l. non poteſt. de fur. & l. fi. de pub. iudi.

An ſententia lata ex falſa cauſa & inhabili teneat, not. in l. ſi prætor. §. Marcellus. de iud. Bar. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hær.

Nota quod in tributis & publicis functionibus proceditur ad ſententiam etiam lite non conteſta. C. vbi quis decuriali vel cohor. l. hac perpetua.

An vna ſententia poſſit aliam tollere, Ia. Bu. in l. nam & poſtea. §. ſi damnatur. de iureiur.

An ſententia lata ſuper principali præiudicet in incidenti, not. in l. prima. de ordi. iudi. Inno. etiam de hoc in cap. ſuper ſpoliatione. de ord. cog. qui ſic diſtinguit, aut eſt cognitum de incidenti ſummatim, & non præiudicat. l. prima. de lib. agn. aut plenè, & tunc aut ſententia ſuper principali nõ tenet ſine deciſione incidentis, & præiudicat vt hic: aut poteſt procedere ſine deciſione incidentis, & tunc aut incidens eſt reprobatum expreſſe, & præiudicat: aut tacitè, & non præiudicat, l. ſin autem. §. fina. de nego. geſt. & leg. quod in diem. §. ſi ratione. de competen. ita dicit Guid. in dict. leg. prima.

An ſententiam nullam poſſint partes ratam habere, doct. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſ. & l. 2. C. communia utriuſque iud.

An ſententia lata ſuper incidenti pariat præiudicium ſuper principali. Bar. in l. ſi iudex. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

In l. ſi deliberatè. de or. cog. pone, aliquis egit poſſeſſorio contra Titium: Titius excipit de dominio quod incontinenti erat paratus probare teſtibus productis tam ſuper petitorio quam ſuper poſſeſſorio: iudex condemnauit reum ad reſtitutionem poſſeſſionis, ſaluo ſibi iure in proprietate: an iſtud ſaluo aliquid operetur & videtur quod non: quia ſuper incidenti non eſt pronunciandum, & ſi iudex facit non valet, quia factum a iudice, &c. l. factum. de reg. iur. Item iudex non poteſt facere quin infamia ſequatur condemnatum furti. In contrarium fac. l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum. de iniuſto teſta & l. ſi pater exhæredato. de bo. lib. & ſic poterit Titius ad dominio litigare. maximè cum ſit ſeparata cauſa poſſeſſionis & proprietatis, l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſ. Dyn.

Pone, iudex ſtatuit terminum hodie partibus ad audiendum ſententiã, an iudex debeat expectare vſque ad vltimam horam diei, an poſſit proferri qualibet parte ipſius diei. Bar. in l. liber homo. de ver. obl. & l. aut qui aliter. quod vi aut clam.

Nota quòd vbi ſententia lata contra vnum facit præiudicium alteri, ꝙ ille tertius cui ex dicta ſententia fit præiudicium, non eſt citandus ad ſententiam audiendam. de quo gloſſ. in l. de vnoquoque. de re iud. ſuper ver. communi.

Statuto cauetur ꝙ qui non probauerit accuſationem condemnetur in decem: an iudex in eadem ſententia poterit abſoluere reum & condemnare accuſatorem in x. Bal. in l. ſi talis. de fal. in fi.

An iudex in eadem ſententia poſſit condemnare reum de delicto, & iubere rem reſtitui, Bartol. ponit in l. inter omnes. §. qui furem. de fur.

Quid ſi iudex ita dicit, Titium & Gaium vtrunque ipſorum in mille condemno, an quilibet videatur condemnatus in mille, an inter ambos videatur facta condemnatio in mille, not. in l. creditor §. duobus. ff. mandati.

In Spec. de ſententia. §. qualiter autem ſententia ſit promulganda. ver. quid ergo ſi vnus carnoté. &c. fa. ad hoc quod no. Arch. 12. diſt. c. illud Bal. in l. fi. ff. de iuriſ. om. iud. in repet. ſua.

Quid ſi vnus in vno libello accuſatus eſt de plurib⁹ delictis, an de quolibet delicto ſit attribuenda vna ſentẽtia, an pro omnibus vnam ſummam tantum. Bar. in l. prætor dicit. §. ſi mihi. ff. de iniur.

Quid ſi iudex condemnat reum in criminali ad dandum decem nec adiicit cui, no. in l. ita liber. de ſtatulib.

Quid ſi aliquis habet actionem ad quinquaginta tantum, & ipſa petijt centum, an iudex poſſit pronunciare de quinquaginta. Bart. in l. ſi conſtante. §. ſi bona. ff. ſol. matrimo. & l. 1. C. ſi adu. rem iu. & c. abbate ſane. de re iu. lib. 6.

Pone quòd duo plauſtra dederunt ſibi adinuicem damnum in tantum culpa bubulcorum: iudex qui cognoſcebat de iſta quæſtione, habita fide & probato de damno, condemnauit vnum plauſtrum alteri in tantum: an valeat ſententia. de hoc not. in l. 4. §. ſi alter fundus. ff. finium regun. per Cyn.

An ſententia lata ſuper principali, faciat fidem ſuper pœnali iudicio, ac probationem, gloſſ. ponit in l. qui Romæ §. duo fratres. de verborum. obliga.

Si iudex abſoluit reum ab impetitione actoris, quid operetur, vide in c. cum ſuper controuerſia. de ſent. & re iud. per In.

Nota quòd ſententia eſt formanda ſecundum verba ſtatuti: & ideo te funda ex verbis ſtatuti vel legis quoties ſuper forma ſententiæ aliquid diſponitur. Bal. in l. qui ſe dicit. ff. de iudi.

Sententia diffinitiua poteſt accipi duobus modis, notat Bar. in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod me. cau. Bal. in l. ſi pręſes. C. quomodo. & quã. Ange. in l. qui reſtituere. de rei vend.

In l. bona fides. depoſiti. quæro iudex condemnat in parte, & in parte tacet: an valeat ſententia. gloſſ. in l. apud Celſum. §. item quæritur. de except. do. tenet quòd ſic. glo. contra in l. 1. C. ſi aduer. rem iudi. Bar. in l. ſi conſtante. §. ſi. ſolu. mat. & l. 2. C. de iudi. Bal. in l. extra territorium. de iur. omn. iudi. Item quid ſi petij decem, & probaui de xx. an iudex poterit in xx. condemnare? ibi ſupra. no. & in dict. l. apud. & l. verbum oportebit. de verbor. ſignifi. & in l. ſi ex teſtamento. in fin. de exceptio. rei iud. Innocen. in capit. grauis. de reſti. ſpo. & in dict. l. bona fides. Aut vnum capitulum vertitur in iudicio, aut plura: primo caſu ſuper toto pronunciandum eſt vel condemnando, vel abſoluendo in totum, vel condemnando in parte, & abſoluendo in parte valet etiam in parte deducta in condemnatione, l. qualem. §. dicere. de arbitr. & l. eos. & l. ampliorem. de appella. & l. 1. C. de ordi. iu. non debet in parte, & d. l. in hoc iudicio. fami. erciſcund. & ſecundum hoc debet intelligi l. præſes. de ſenten. & interlocu. om n. iud. fac. l. litibus. C. de agricol. & cenſi. ſic ergo non debet claudicare pronunciatum. l. ſi cum dies. §. penulti. de arbi. fac. l. prætoriæ. de præto. ſtipu. dicta. l. in hoc iudicio. & dict. l. qualem. quidam tamen dicunt ſententiam talem valere in eo quod condemnatio facta eſt, & ad reſiduum agendum pro quibus fa. l. prima. §. ſi ſtipulanti. ff. de verborum obligatio. & §. item inutilis. Inſti. de inuti. ſtipu. item pro eis. l. ſin autem. §. rationem. ff. de negoc. geſt. & l. ſi in diem. §. primo. & l. prima. de compenſa. item dict. l. apud Celſum. ſed non obſtat. dict. l. prima. §. ſi ſtipulanti. de verborum obligation. quia illud in contractu qui poteſt ualere pro parte & pro parte non, vt in authen. de non alienan. §. non autem. & Inſtitu. de auct. tuto. §. Item nec dict. l. ſin autem. imo concordat: quia ibi erãt duæ quæſtiones directæ: & contrariæ: vnde valet ſententia de directa, & ſi de contraria nil ſit dictum Item dicta l. apud Celſum. non obſt. ſi inſpiciatur, & ſecundum hoc non valet ſententia quam videtur approbare in dicta l. prima. C. ſi aduer. rem iu. vt quod in vno permittitur, in alio denegare videtur, vt l. maritus. C. de procur. ſed tu dicas propterea abſolutionem non videri factam in reſiduo, & ſi valeret particularis abſolutio, vel condemnatio, ut dicta. l. ſin autem. nedum quia ut ſupra probatum eſt, non ualet in aliquo prius allegata. Nec obſtat. dicta l. prima. ſi aduer. rem iud. quia in parte fuit condemnatus, & in parte abſolutus contra quam partem abſolutoria reſtitutio poſtularetur. Sed quid ſi pronunciatur in maiore quantitate quam ſit petitum, ut puta petebam 10. & iudex condemnauit in 15. an valeat? uidetur quod ſic in quantitate petita, non autem in reſiduo, argumen. l. ſancimus. de donatio. & utile per inutile, & c. l. prima. de uerborum obligation. non obſt. l. prima. quia ibi non pronunciatur ſuper toto quod petitum erat, hic autem ſic. dicta l. prima. §. ſi ſtipulanti. Sed poteſt dici quòd ut in nihilo ualeat prædi. l. in hoc iudicio. argumen. l. Gręce. §. illud. de fideiuſſ. nam non habet iuriſdictionem ſuper eo quod non eſt petitum, l. ut fundus. com. diuid. aut ſunt plura capitula, & tunc aut connexa aut ſeparata. primo caſu ſi pronunciatur ſuper uno, & ſuper alio omittatur, non ualet ſententia. dict. l. in hoc iudicio. ſecundo caſu poteſt dici ualere in eo quod pronunciatum eſt. l. quædam mulier. fami. erciſcun. & l. Carmelia pia. de iure patro. argumen. l. minor. & l. ſecunda. ff. de mino. §. ex cauſa. & l. ab execu. C. quor. ap. non reci. & l. quid tamen. de arbi. nam tot ſunt capitula, ut l. pluribus. & ſic non poteſt dici eadem ſententia claudicare: quod eſſe non debet. dicta l. in hoc iudicio. In capitul. uero omiſſo eſt procedendum cum in eo non propterea uideatur abſolutum quod omiſſum eſt. l. ſi in diem. de compen. ſecundum Iacob. de Are. & Innocen. in capitul. eum. de ſenten. & re iud. ubi ſic dicit, ſuper alijs in libello contentis nil dicit. unde poteſt dici quod in alijs intelligitur abſolutus, cum non eſſent ſpecialiter petita, ſed ſuper generali petitione quã fecerat, ſcilicet quia petebat ſubiectionem ipſius monaſterij: concludebatur: ſin autem capitula plura ſingulariter & principaliter petita eſſent, & ſuper uno ferret hodie, & ſuper alio cras poſſet, ut l. etiam. ff. de mino. & tandem ſi nullo tempore is iudex coram quo prædicta petita ſunt ſpecialiter nihil dixit, perit inſtantia iudicij: ſi autem unam magnam ſummam peteret, uel unam magnam rem peteret, & in parte condemnaretur, non uidetur nec condemnatus, nec abſolutus, l. quidam exiſtimauerunt. ſi certum peta. Innocen. & Bald. aliquid notauit in l. ſecunda. C. de re iud.

Pone, quòd actor petit aliquid ſimpliciter ut ſibi debitum, reus autem confitetur debitum, ſed ſub conditione. iudex autem ſimpliciter & indefinite pronunciauit illud deberi: an in dubio uideatur illud pronunciatum pro actore ut petebatur, an pro reo, prout excipiebat. Bar. de Sali. i l. ſi poſt decretum. C. ſi aduer. lib. ponit per illam l. in dubio pronunciaſſe pro actore. quod nota.

An ſententia poſſit ferri per uerbum uidetur, & per uerbum credo. Bald. quod ſic in leg. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. & l. quod tamen §. penultim. & l. diem proferre. §. ſi plures. de arbit. & l. cum ante. & de dolo.

In l. receptitia. C. de conſtitu. pecu. Bald. quærit, quid ſi mercatores habeant ſtatuta quod contra eorum apodixas non poſſit opponi. nam cum non poſſit opponi, neceſſe eſt ſolui: ſed ſi eſt indebitum ſolutum. repetitur per condictionem indebiti, non obſtante ſententia, & eſt ratio quia non obſtat ſententia quod in primo iudicio non potuit diſcuti hæc negatiua, an eſſet debitor necne. igitur quod non eſt diſcuſſum non intelligitur ſententialiter terminatum. not. in l. Neratius de condict. inde. & ca. debitores. de iureiur.

An ſufficiat quod iudex in ſententia pronunciet rem non eſſe petitoris dato quod non dicat ipſam eſſe poſſeſſoris, ad hoc ut poſſit agere ipſe poſſeſſor contra petitorem, qui ipſam rem incepit poſſidere. no. in l. ſi quis rẽ a non domino. de excep rei iud.

Quid ſi iudex dicat, condemno te, imo abſoluo, an dicatur condemnatoria uel abſolutoria? dic quod abſolutoria: quia ultimo uerbo ſtandum eſt, 16. quæſtio. prima. capitul. prædicator. argument quod dicitur in contractibus, l. cum in plures §. locator horrei. ff. loca. & quod no. Cyn. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. de hoc per Bald. in conſt. C. §. quibus non obſtat. dicit ipſe ſi dicatur quod primum uerbum ſcilicet condemno, traxit ſecum effectum ſuum: igitur iudex eſt functus officio ſuo: quia Reſpon. quod non habet locum quando proferuntur contraria in eodem contextu uerborum ſicut ſi in diuerſis orationibus per ſe ſtantibus, l. 1. C. ſent. reſcind. non poſſ.

Pone, iudex pronunciauit, & reum ſimpliciter abſoluit, nec poſuit cauſam, an uideatur abſolutus, quia non poſſidebat, an quia actor non probauit gl. in l. ſi quis ad exhiben. de excep. rei iud. dicit quod in dubio uidetur abſolutus ex cauſa quæ apparet in actis, & hoc quia ſententia refertur ad acta, l. 4. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. Item poteſt probari per l. non intelligitur §. 1. de iure fiſci Item quæro quid ſi iudex dicat, abſoluo te, quia non poſſides, & quia actor non probauit. Reſpondeo obſtat exceptio ex proxima cauſa, quia non probauit. argum. Inſti. de nup. §. affinitatis, quia ſi ſunt duæ cauſæ impedientes nuptias, ſufficit quod una ſit ſufficiens ad impediẽdum, ut not. in l. ſi uentri. §. in bonis. de priui. credi. Item nota quod ſententia abſolutoria quem actor non probauit, parit exceptionem rei iu. reo incipienti de nouo poſſidere ſed ſi eſſet pronunciatum rem eſſe actoris, & re⁹ fuiſſet abſolutus quia non poſſidebat, tunc incipiente reo de nouo poſſidere, fiet executio in eum, l. ſi a te. §. 1. e. tit. Bar. in d. l. ſi quis ad exhib. de exce. rei iud.

Quid ſi in ſententia dicunt condemno C. uel condemno talem procuratorem C. an credendum ſit eos eſſe præſentes. Inn. in c. cum in iureperitus. de off. deleg. & Compoſt. in c. bonæ memoriæ. de elec. & ibi etiam quæritur an præſumatur pro ſententia. ubi multa dicunt. circa autem iſtam materiã Iac. de Are. in l. emancipatus. de ſi. inſtr. dicit ex hac l. colligitur ꝙ ſi ſit lata ſententia, & opponatur ꝙ lis non ſit conteſtata, ſed hoc non poſſit probari, quia acta ſunt perdita, ſatis probaẽ per ipſam ſniam. pro hoc fac. l. acta. de re iudi. nam ibi dicit gl. ꝙ licet per ſententiam poſſint acta circunduci. ergo tenet ſententia ſiue actus. nam iudex debet eſſe diſcretus, ut l. 1. de offic. præſe. præto. ut quando eſt diſcretus, ſi præcipit acta poſt ſententiam. pro hoc c. in præſentia. de renunciatio. Canoniſtę tenẽt quod probari poteſt de proceſſu. Inn. in c. quoniam contra falſam. de prob. dicit ꝙ ſi eſt quæſtio de recenti, tunc oſtenduntur ſic intelligitur cap. quoniam contra falſam: alias non. & ſic intelligitur hic. pro hoc quod aliud ſit de recenti prob. in authen. hæc conſtitutio innouat. & ex Ia. de Aretio. fac. Bal. in c. 2. de feudi cogni. Comp. in c. bonæ memoriæ de elect.

Nota ꝙ iudex appellationis debet pronunciare primam ſententiam iuſtam ſcilicet uel iniuſtam. de quo per Ia. de Are. in l. creditor. §. cum de ſorte. de ſolutio. & l. eos. de ap. debẽt intelligi uel per æquipollentia uerba. fac. ad hoc l. ſi. C quod cum eo. & l. præſes. C. de ſen. & inter. om. iu.

* An iudex appellationis poſſit pronunciare ſententiam nullam, ſi ipſam reperit nullam. Bartol. in l. ſi expreſſim. de appel. & l. qui dam. fami. herciſcun.

Nota quod ſententia appellationis dicitur interlocutoria, de quo gl. in Clem. ſi. in ſi. de ap.

Nota quod cum ſententia pronunciatur nulla, uel iudicium nullum, talis pronunciatio dicitur abſolutoria, ut l. non idcirco. §. cum poſtea. de iud. Bal. ibidem.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Pone imperator condemnat aliquem & filios uſque ad tertiam generationem, an naturales comprehendantur. Cyn. in l.legitimos. de interdic. mat. Bar. contra in l.quiſquis. ad leg. Iul. maieſta. & tangit in l. ex facto. ad Treb. & not. in c.quibuſdam. de pœ.

In l.Lucius tenet. §.qui habebat. ad Treb. paria ſunt ab initio relinquere pro parte, vel relictum ſimpliciter pro parte modificare. h. d. & caſus quotidianus eſt, & fac. ad id quod tota die fit in ſententijs condemnatorijs. dicitur enim quando aliquis de pluribus delictis cōdemnatur, Talem condemnamus in tantum. deinde ſubiungitur videlicet pro tali delicto tātum, & pro tali delicto tantum. nam perinde eſt ac ſi eſſent plures ſententię. ar. huius §. & l.ædiles. §.fi. ff. de ædil.edic.

Quidam promiſit conſeruare iudicem indemnem, ſi ſententia ferretur de iure, an iudex dicatur corruptus? tex. quòd non in l.ſi quis vxori. §.ſi fugiti. ff. de fur. Bal. in contrarium. fac. gl. in l.& generaliter. ff. de cal. & l.1. ad l.Cor. de fal. ſuper verbo, ad vocationem. nam licet non incidat in edictum de calumniatoribus, ex eo quia iuſtam dedit ſententiam, tamen incidit in l.Iuliam repetun. quia corruptus eſt ac ſi pecuniam accepiſſet. arg. d.l.& generaliter. in princ. quæ corruptela non eſt ſine ſuſpicione falſi. nec curo ſi ſimpliciter dixerit ſi ſententiam ferret de iure, an addiderit ſecundum me, quia inſpicio ipſius iudicis inconſtantiam & timiditatem. quæ punienda eſt, vt alibi dicitur, extra de exceſ. prælа. ca. inter dilectos. ſed potes dicere quod quantum eo caſu quo agitur vt ſententia iuſta feratur. & ſic facit ꝙ eſt diffinitiua, an ſit iudici data pecunia, & tunc puniatur. l. Iulia repetun. aut ſolum ſit ſibi facta promiſſio conſeruationis indemnitatis, & tunc nullo modo teneatur, niſi quia forte poſſet reprehendi de inconſtantia ſeu timiditate nimia. & eſt ratio, quia primo caſu ſibi aliquid eſt, & verè cenſeт corruptus eſſe: ſecundo caſu non, ſed ſolum timiditas improperatur. ſed ſi iniuſtam tuliſſet ſententiam, non diſtinguo inter pecuniæ dationem & promiſſionem indemnitatis, ar. d.l.& generaliter. & not. quod inter pœnas iudicis dicitur eſſe dolus, l.lex Iulia repet. ad leg. Iuliam repet. Bal.

Quid ſi tabellio legit ſententiam, & iudex poſtea dicit, ſicut lectum eſt, ita pronuncio, an perinde valeat ac ſi ipſam legiſſet. Bal. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. po. & l.iubemus. eod. t. vt ibi facit teſtator lecto teſtamento per notarium. & dicit Iac But. ibi quòd ſufficit habere aſſeſſores. ergo qui per ſtatuta ſunt iudices ordinarij, verbum ſubſtantiale ſcilicet condemno uel abſoluo, debēt legere, & voce proferre per ſeipſos: ſecus in interlocutorijs, quia non requiritur de ſcripto recitatio, fac. quod not. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. procon. Bald. in dic. l. hac conſultiſſima.

Statuto cauetur quod condemnati à 30. lib. ſ̄. ſtent in carceribus malefactorum: condemnati verò ab inde infra ſtent in carcerib. debitorum: modo quidam erant condemnati pluribus vicibus, ita quòd inter omnes vices condemnatio erat vltra 25. lib. licet in qualibet eſſet minor quantitas: quæritur quid iuris. Barto. in l.ubi fideiuſſ. de ſolutio. & l.ſi teſtamento. §.ſi domino. de condi. inſti. & quòd debeant tales condemnati ſtare in carceribus malefactorum tenet Iaco. de Are. poſt multa allegata hincinde.

Sententia condemnatoria lata ſuper aliquo capitulo libelli generalis, vel plurium capitulorum ſpecificatorum non intelligitur abſolutoria in cæteris capitulis, In. in c.cum inter. de re iu. qui dicit, quod in libello generali licēt dicatur in genere ſuper ſubiectis, &c. tamen debet probari, & in illis probationibus debet ferri ſententia. ſecus in capitulis ſpecificatis, ſecūdum eum ibidem. primum eſt verum mero iure, ſed quo ad effectum de æquitate diſtinguitur, quia aut generalis eſt proſecutio, aut ſpecialis: ſi generalis verum dicit Inn. ſi ſpecialis, aut per errorem, quia proſequens ignorabat habere ius aliud & tunc non nocet. vt l.licet. C. de iud. aut per malitiam cauſa diuidēdi vnum proceſſum in plures, & tunc in omnibus nocet, vt l. de rebus. de arbit. ita not. Cy. in dic. l.licet. Item in ſententia abſolutoria non, quia reſpicit libellum. de infami. l.j. & l.properandum. de iud. Bal. vel latius clarificando iſtam materiam dic, quod ubi ſunt plura capitula diuiſa vel diuerſa, iudex ſuper vno hodie & ſuper alio cras poterit ferre ſniam. ſed ſi vna eſt ſententia de expenſis litis, vt c. auditis. de procu. & c.ſi. de do. & con. Inn. dicit ꝙ in primo dicto ſententia eſt nulla, quia condemnauit, idem ſi ſententia eſt nulla in parte, quia in aliqua condemnauit. Idē ſi abſolutiſſet ſiue fuerit ſententia ordinarij ſiue alterius, vt not. in l. j. C. ſi aduer. rem iudi. & l.apud Celſum. de except. doli. & l.eos. & l.ampliorem. C. de app. & l.in hoc iudicio, fam. erciſ. & l.1. de ordin. iud. cum ſimil. Sed contra hoc fac. cap. cum tempore. de arbitris. ſed ſolue vt ibi Ber. Inno. & Hoſt. quia hæc habent locum ſiue capitula principaliter & ſingulariter petantur in eodem libello, ſiue petatur vna ſiue plures res, vt not. dic. gl. in d. l.1. C. ſi aduer. re iud. ibi dn̄ dicit, idē in pluribus controuerſijs, &c. per l. quid tn̄. de arbi. & in hoc malè hic dicit Inn. ſi verò ſeparatim in diuerſis, tunc quia ſeparati, quaſi plura compromiſſa, &c. non obſt. l.ēt §.1. de mino. quia non loquitur in cauſa principali, ſed in cauſa reſtitutionis in integrū, vbi non eſt neceſſe ab omnibus petere ſuper quo reſtitutio eſt indulta, & ſententia valebit ſiue ſit confirmans ſiue non nec obſt. l. quædam mulier. ff. famil. erciſ. quia ibi loquitur in cauſa appellationis, vbi licitum eſt à certo capitulo appellare. nec opus eſt à tota ſententia appellare: vbi ſententia eſt lata ſuper vno capitulo, à quo non eſt appellatum, valet, licet tota ſententia non tangatur. ſecus in cauſa principali, vt omnes in parte condemnando & in parte abſoluendo ſecundum quod expedit, vt dicta l.quædam. & l.quid tamen. de arbi. & l.in hoc iudicio. & dic. l. etiam ſecundum Iac. de Aret. ratio quia ſententia debet eſſe conformis libello, aliàs eſt ipſo iure nulla. item iudex non poteſt diminuere libellum, nec pro parte officio ſuo fungi. Et circa hoc ſcias quòd triplex eſt pars, ſcilicet vniuerſalis, integralis, & reciproca. nam ſi vendico domum, & iudex ſolummodo iudicat de ſuperficie, & non de ſolo ipſo iure eſt nulla: quia non totum integrale, id eſt, petitum de toto integrali non poteſt ipſe diuidere iudicium iuriſdictionis. & officium pronunciandi debet eſſe indiuiduum & integrale. ſicut dicimus de teſtamento cuius actus eſt indiuiduus, l. hæredes palam. ff. de teſta. teſtamentum enim dr̄ ſnia ſicut ſnia iudicis: pro hoc ff. de admi. tut. l.inter tu. pars verò vniuerſalis eſt triplex pars rei, id eſt quantitas, pars actionis, id eſt actionis in actione generali, & pars libelli: & plures in vno capitulo cumulantur actiones. in prima parte ſententia ipſo iure non valet. vt ſi peto decem, & iudex condemnat in quinque, vt dic. l.1. C. ſi aduer. rem iudi. niſi agamus contra plures in ſolidum: tunc valet ſententia contra quemlibet pro parte: quia licet quo ad ſingulos ſit pro parte, tamen quo ad diuerſos eſt in ſolidum, vt l.1. C. ſi plures vna ſententia. In ſecunda parte quando ſub vna actione plura capitula comprehenduntur, ſiue vnum capitulum qualificet aliud, ſiue non, ſuper toto tamen eſt pronunciatum. differentia tamen quædam eſt vbi ſunt duo capitula coæqualia ſiue paria, ſi libellus fuerit generaliter proſecutus, ipſo iure non valet ſententia in parte, l.quid tamen. in princ. ff. de arbi. ſi autem fuerit ſpecialiter proſecutus refert: quia quædam eſt proſecutio ad litis inchoationem, vt litis conteſtatio, quædam ad probationem, vt ſubſequentia ad litis conteſtationē. ſi ergo fuerit ſpecialiter conteſtata, valet ſententia, & ipſo iure alia capitula ſuper quibus non fuit lis conteſtata complecti non poteſt: quia diffinitiua differri non poteſt ſuper eo, ſuper quo non fuit lis conteſtata. ſi autem fuit lis conteſtata generaliter, ſed poſtea actore patiente declarata ſuper vno capitulo, ſi quidem ſequatur ſcilicet ſententia, tunc ſpecificè fertur in vno capitulo, reſeruato tamen iure in alijs, ſi quod competit, valet tamen ſententia. ſi autem eſt ſimpliciter lata, tunc de iuris rigore non admittitur ſecundum naturam ſententiæ, quæ eſt vt ſit indiuidua: & ideo de rigore in omnibus exceptio obeſt, l.licet. C. de iudi. ſcilicet de æquitate, quia in non perſecuta videtur eſſe lata ſententia à diuerſis medijs. Datur replicatio, niſi actor dolo fecerit cauſa vexandi reum. vt l. de rebus. de arb. & dic. l.licet per Cyn. ſed omiſſio qualitatis circa vnum capitulum non vitiat ſubſtantiam, ff. de pœnis. non eſt tanta vis accidentis, licet dependeat ab ipſa ſentētia, ſed ꝯ fa. quod not. in l.hoc enim. ff. de ſuſpec. tut. In tertia verò parte vbi plures actiones cumulantur in eodem libello, & iudex iudicat de vno tantum, dico quòd plures libelli cenſentur, & valet ſententia ipſo iure, vt ſi quis cumulat petitorium cum poſſeſſorio, l.1. C. de appella. & not. pars reciproca, aut eſt reciproca circa idem iudicium, vt minor indiuiſorio, & tunc non valet ſententia in parte lata, vt ſi iudex deſignat partem vni, & non alteri. ad hoc fac. l.in hoc iudicio. aut ſunt iudicia diuerſa, vt conuentionis & reconuentionis, & compenſationis, & valet ſententia lata in altero: ſed propter iniquitatem iudicis poteſt appellari, vt l.j. in fi. ff. quæ ſen. ſine ap. reſ. & l.quod in diem. §.ſi rationem. ff. de compen. Bal. de hoc plenè in repertorio quod compoſuit per alphabetum ſuper verbo ſententia fac. Bal. in l.extra territorium. de iuriſd. om. iud.

Sententia interlocutoria poteſt ferri contra abſentem, & non per contumaciam c.auditis. de proc. per In. Iac. But. in l.necquiquā. §.vbi decretum. de of. procon. & leg. & omiſſum in interlocutoria poteſt ſuppleri: ſecus in diffinitiua, vt ibidem per Inn.

Citatus ad proceſſus non eſt citandus ad interlocutoriam: ſecus in diffinitiua, vt in §. vbi decretum.

Nota ꝙ iudex poteſt in plus condemnare quàm ſit petitum, ſi reperiatur plus deberi. gl. in l.verbum oportebit. de verb. ſign. & incipit pone &c. quod gl. non approbat.

Si iudex eſt incertus quando fert ſententiam an ſit iudex vel eſſe poſſit, an valeat eius ſententia. Bartol. in l.multum. de condit. & demonſtratio. & l.ſi incertus. de lega. 3. & l.ſed & ſi de ſua. de acquirend. hæred. Bald. in l.falſus. C. de fur.

* Nota quòd ſi ſententia quæ eſt nulla propter defectum iuriſdictionis pronuncietur fore aliqua, conualeſcit, vt in capitul. conqueſtus. de reſcri. per In.

Nota quòd ſententia lata in loco ſecreto non publico ipſo iure non valet, l.ſi conſentaneum. C. de ſent. & inter. om. iud. & quid ſi eſt lata de nocte gloſſ. in l.moræ. de fer. & in cap. conſuluit. de off. delega. Iacob. Butr. in dic. l.more. & Innocen. in dic. capitul. conſuluit. & dicunt quòd valet. licet do. Signorolus. in conſilijs teneat quòd non valeat, per multa argument. pro & contrà.

Nota quòd ſi in ſententia dicatur talem pręſentem vel citatum, hoc pſumitur, & ſi ſententia ſit ſcripta in forma actorum, & continet talem fuiſſe pręſentem vel citatum, non eſt neceſſaria alia probatio. ita dicit Spec. in ti. de ſententia. §. vt autem. verſic. & nota ſecundum quoſdam. vide quod not. in c.quoniam contra falſam. de prob. per docto.

An præſumatur pro ſententia iudicis? In. & Compoſ. in c.cum in iureperitus. de off. deleg. tenet quòd ſic. Hoſt. & alij. in c. quoniam contra falſam. tenet quòd non. Bal. in l.1. C. ſi aduer. credit.

Quid ſi iudex exiſtens domi facit citari partes ibi vt ueniant ad audiendam ſententiam, & iudex ibi tulit ipſis præſentibus, an valeat ſententia, Gui. de Cu. ꝙ ſic in l.pen. §.fi. de iuſti. & iur. item quid ſi iudex habet certā ſedem in palatio, & fert ſententiam in ſede alterius iudicis ſub eodem palatio, Gui. de Suz. ea. l.

An ex ſententia transferatur dominium, not. in l.Pomponius. §.ſi iuſſu. de acq. poſ. & l.non ſolum. 4. ſi mihi. de vſuc & l.ſunt aliæ. de pub. & l. 2. C. commu. vtri. iud. & l.ſed & ſi. §.quæri. de reb. eo. per Bar. & l.ſi mater. §. eadem. & l.exceptio. de excep. rei iud. & inſti. de of. iu. §. fi. & l. Iulianus. de cō di. indeb. Bal. in l.ex hoc iure. de iuſti. & iu. & in l.traditionem. de pact. vbi etiam dicit de ſent. arbitri.

In c.in noſtra. de proc. In. dicit ꝙ vbi aliquis agit nec petit aliquid ſibi, ſed petit à iudice fieri, vt puta teſtamentum reſcindi, vel ſententiam, vel alia inſtrumenta, & ſimilia, tunc ſententia lata pro vno prodeſt omnibus, not. in c.ſuper his. de accu.

Quid ſi aliquis condemnetur tanquam produxerit falſos teſtes an iſta ſententia faciat fidem, & præiudicium de neceſſitate ipſis teſtibus: & idem quæritur de notario. ſi condemnatur de falſo inſtrumento, an hoc noceat domino ad quem pertinet hoc inſtrumentum. Item an ſententia lata pro vno abſolutoria proſit ſocio eiuſdem criminis, Bartol. de his ponit in l.denunciaſſe, ff. de adul. § quid tamen.

In l.1. C. de iur. & fac. ign. no. ꝙ ſententia ab excommunicato lata eſt ipſo iure nulla: & hæc exceptio poteſt opponi in foro ſeculari. quod intell[illegible] in publicè excommunicato: ſecus ſi excommunicatio eſſet occulta[illegible] de excep. lib. 6. in nouella. & l.ſi arbiter. C. de ſent. & interloc. om.[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in interpoſitione decreti.& idem in qualibet auctoritate, vt tuto. vel cur. excommunicatus non poteſt auctorizare.idem in quolibet officio publico. de his omnibus in dic.c.pia.hoc in publicè excommunicato, vel ſecus vnde habemus ꝙ tabellio occultè depoſitus tamen conficit inſtrumenta. notat gl.in auth.de tabel.§.fi.Bal.in dic.l.1.

In l.iuſiurandum.§.fi.de iureiur.nota ꝙ interlocutoria dicitur eſſe ſententia ab obſeruatione iudicij,quantuncunque abſorbeat ius partis.Item ſententia ex mera contumacia lata,vel ex confesſione quantuncunque lata poſt litem conteſtatam,dicitur interlocutoria.Bart.in l. Titia.de acc & gl.in l.harum.ff.ſi ſeruitus vend.

An ſententia lata pro falſo procuratore posſit haberi rata,not.in l.ſi mater.§.hoc iure. de excep.rei iud.& l.ſi tutor. in qui. ca. in inte. reſt. non eſt neceſ.

Quid ſi plures erant iudices,& vnus erat abſens,& alij præſentes tulere ſententiam ipſo abſente,qui poſtea reuerſus vult habere ratam ipſam ſententiam,an posſit.gloſſ.quam not.in l.2.de iure fiſ. lib. x.videtur dicere quòd non.

Sententię latę ſine ordine & cauſa non eſt parendum:ſecus in præceptis quæ non pertinent ad forum cauſarum, ſed ad authoritatem præcipientis.c.ad aures.de temp.ap.& ibi per In.fa.l.Quintus.§.Pomponius. de an. leg.Bal.

An valeat ſententia ſimpliciter lata ſuper re, non expreſſe de toto vel de parte.gl.in l.Pomp.§.ſi is.de proc. Bar.in l.legat.de lega.3. not.in l.ſi in rem.de rei vend.

Iudex poteſt ſuam ſententiam defendere, quia ſua videtur intereſſe. Hoſt.in c.cum contingat.de reſc.

Statuto cauetur ꝙ ſi ſententia non fuerit lata infra ſex menſes,ꝙ inſtantia perimatur,ſaluo ſi per actorem non ſteterit: modo actor fuit proteſtatus iudici ꝙ deberet ferre ſententiam,& per eum non ſtaret,& hoc fecit ſibi ſemel tantum.opponitur ſibi ꝙ qualibet die iuridica debebat inſtare,ꝙ ſententia ferretur:an ſufficiat ſemel fuiſſe proteſtatum.Bar. ponit in l.Titia.§.vſuras.de leg. 2.

An ſententia lata pro vxore contra virum cōuentum quia vergebat ad inopiam,noceat creditoribus viri,& faciat fidem contra ipſos creditores & an ſententia lata contra venditorem noceat emptori:Albri.in Rub.quę res iu.non no.& l.emptor.C.de hære. vel acti. vend. & in repet. l. vbi adhuc.de iure dot.fac.l.ſæpę.de re iudic,

Nota ꝙ duo ſunt caſus in quibus ſententia lata contra abſentem non citatum valet,primus in l.2.§.ꝙ de frumentaria. de admi.ter. ad ciu. per. & ratio ibi per Bar.asſignatur.ſecundus in l.ne diu.C.de pœnis.

Quæ ſententia facit ius,Cynus in l.leges.C.de legibus.

Nota caſus in quibus poteſt ferri ſententia incerta, l. non poſſumus. ſi pars hære.pe.vide Bar.in l.2.C.de ſent.quæ ſine cer.quan.prof. & Bal. in l. 1.C.de iuris & fac.igno.

An nudum præceptum iudicis liget, Bartol. in l. pater. §. Iulianus.de leg. 2.

Qualiter memoria alicuius posſit damnari,no.Inſt. de hære. qui ab inteſ.§.per contrarium.

Nota caſum in quo ſententia non prodeſt victori,& prodeſt alteri cuius intereſt,l.poſthumus.§.ſi quis ex his.de inoff.teſ.

Sententia ſuper iuriſdictione reſpectu territorij lata inter partes, non præiudicat domino territorij.In.in c.conqueſtus.de fo.com.

Si iudex iudicat vltra ſuam iuriſdictionem,& nihil ſit oppoſitum tenet ſententia:niſi ſit error expreſſus.Innocen. in capitul. cum ſuper. de offic. delega.

Nota quòd vbi iudex tulit ſententiam quæ ipſo iure non tenet, vt contra ius errore expreſſo,quod non facit litem ſuam.gloſſ.in l.1. ff. de var. & extra.cog.

Nota ꝙ ſententia per errorem iuris emiſſa præſente parte præiudicat ita vt non posſit contrarium probari,l.2.§.fin.de iure fiſ ff.

In l.ſicuti.de arb.not.arg ꝙ ſi aliquid eſt commiſſum prioribus vel cancellarijs per ſtatutum uel permisſionem uel reformationem, ꝙ ille qui abſentat ſe non poteſt committere vices ſuas alteri:quia electa eſt induſtria: & ita ſeruatur. Item no.ex l.iſta,ꝙ ſi eligantur tres uel quatuor ſyndicatores,qui debeant ſyndicare poteſtatem,& modo duo ex tribus, vel tres ex quatuor uolunt abſoluere,alius non vult,nam ad hoc ut abſolutio non ualeat,conſulitur quod nolens non pronunciet ſed taceat, & hoc niſi caueat ꝙ ſtetur maiori parti.& adde quod no.Arch.2.q.2.c.iudicibus. & c ſi epiſcopus.Bal.& not.ſ.de arbitro.

In l.error.de iur.& fac.igno.ſi iudex errauit pronunciando aliter quam pronunciare debebat,ſi errore in ſententia expreſſo,ſententia eſt ipſo iure nulla,& ſi ſuper confesſione fundetur.l.non fatetur. de confeſ. etiam ſi fundetur ſuper conſilio alicuius periti,quia conſilium non defendit ſententiā ꝯ nullitatem erroris expresſi.etiam dico ſi eſſet de uoluntate partium lata, & eſſet nulla.non ob.l.2.C.commu.utriuſ.iud.quia ibi non loquitur in caſu erroris expresſi:ratio omnium eſt,quia ius conſtitutionis non poteſt mutari pacto priuatorum, l. quod de bonis. §. 1. & l.Seius & Agerius.ad leg. fal.Bald.

An admittatur libellus,dico ſententiam nullā, & ſi qua eſt appello Bar. plenè in l.ſi expresſim.de app.& gl.in c.abbate ſane.de re iu.lib.6. Iac.Bu. l.1.C.quan.prouo.non eſt neceſ.

Statuto cauetur,quod contra ſententiam non posſit opponi aliqua exceptio,ego uolo dicere ſententiam non eſſe ſententiam,an posſim, not.in l. tribunus.de mili.teſt.per Bar.& in cle.1.de ſequeſt poſ.& fru.Bal.in l.2.C. communia utriuſ.iud.ubi dicit quod non poteſt dici nulla ratione incompetentiæ iudicis,poſtquam eſt miſſa executioni de uoluntate partium.

Quo ordine peruenitur ad reſtitutionem ſententię latæ per falſos teſtes uel falſa inſtrumenta,Iac.de Are.in l.1. dom. Macha. de azognidis de Bononia multa & multa dixit in l.2.C.ſi ex falſis inſtru.

Quibus modis ſubleuetur ſeu impugnetur ſententia, gloſſ. & Bartol. ...uſas.C.de ſenten.aduer.fiſ.lat.libro 10.& hoc ultra caſus nota. per

Nota quod prętextu exceptionis de nouo repertę non debet retractari ſententia,Inno.in c.dilectus.de reſc.

Cum fertur ſententia contra ſententiam,de quo per Cyn.& doct.alios in l. j.quan.prou.non eſt ne.poſt eorum dicta Ioan.Cal.in c.inter monaſterium. de re iudi.ſic diſtinguit ſecundum Ioan. And. aut ſecunda ſententia fertur ratione alicuius remedij,puta reſtitutionis,vel appellationis. aut non:primo caſu tenet ſecunda,vt in materia reſtitutionis vel appellationis.ſecundo caſu,aut ſententia erat nulla,aut aliqua:ſi nulla,ſecunda tenet:nam non poteſt dici aliquid fieri contra illud quod nullum eſt, & per hoc illa prima non præſtat impedimentum, ut in regula iur.non præſtat.ſi aliqua,aut iſtæ ambæ ſententiæ poſſunt cenſeri ut diuerſæ & non ut contrariæ,aut nō:primo caſu utraque ualebit,& intelligentur taliter,ut non dicantur.contrarię & ſe non impediant.argu.l.quotiens.de reb.dub. & quod ſolet dici in l.ſed & ſi poſſeſſorem.ff.de iureiu.Secundo caſu,aut in inſtantia tractatum eſt de uirib.primæ,aut non.primo caſu tenet,ſecunda,l.2.in prin.ff. quæ ſent.ſine ap.reſc. ſecundo caſu aut ſcienter & doloſe fuit hoc omiſſum per illum qui pro ſe habuit primam ſententiam,aut non doloſè ſed ignoranter,uel ſcienter ſine dolo tamen. primo caſu tenet ſecunda ſententia, & ita intelligitur dictum c.inter.monaſterium,& ita dicit Hoſti.& inducit pro ſe capitulum cum excep. de exce. dum ibi dicitur ꝙ eſt ſpeciale in exceptione excommunicationis.obſeruandum eſt ergo in aliis ius commune. l. ius ſingulare. de leg.ſecundo caſu non tenet ſecunda ſententia:& ita intelligitur dicta l.dat. Petr.de bellaper.dicit quod quando ignoranter ſit omisſio,ſi iudex ignorauit de prima ſententia,tunc ualeat ſecunda:ſed ſi ſciuit,non, & pro hoc inducit capit.ſi duobus.extr.de ap.quod non placet Ioan.An. do. Ioan.Cal. & poſt ipſum dom.Ioan.de caſti.multa ponit in dic. cap. cum inter monaſterium.

In l. 1. ff. de iudic. quidam nobilis litigans mecum, metu illato in iudicem,iudex pronunciauit contra me:an ſententia ſit ipſo iure nulla. videtur quod ſic,quia metus illatus in iuriſdictionem facit actum ipſo iure nullum,vt hic. Reſp. quod hoc eſt verum in iuriſdictione concedenda ſecus in conceſſa excercita,vt no.Inno.in c.innotuit.de eo qui fur. ord.ſuſ. pro prima parte fac.quod coactio facta ad ſic pronunciandum facit ſn̄iam ipſo iure nullam,cum videatur abeſſe conſenſus,l.qualem.ff. de arb. ad hoc Reſpondetur ꝙ aliud in arbitro ſecus in iudice, quia compulſus ad ſic pronunciandum,ſententia eius tenet.no.gl.11.q.1.c.4. & ext.de ſen. exc.c.1. à contrario ſenſu lib.6. videtur ſic dicendum aut quæris an ſententia valeat,adeo ꝙ non ſit neceſſe appellare,& dic ꝙ non valet. ita intelligantur, iura pro iſta parte allegata.aut quęris an valeat quo ad alium effectum,& dic ꝙ valet,tamē obſtat exceptio ſeu replicatio,ar.l.ſi dolo.ſ.de dol.& ita intelligantur alia iura Bal.

* Nota ꝙ ſententia lata per iudicem laicum contra clericum eſt nulla. Bal. in l.generaliter.C.de epiſ.& cle.

An ſententia lata ſuper inepto libello ſit ipſo iure nulla.Bal.in l.ius pluribus.& l.manumiſſiones.de iuſti.& iur.

Pone,appatet ſententia lata,ſed non apparet ad cuius petitionē an ualeat.Bal.in l.1.C.vt quæ deſ.aduo.iu.ſup.

An cauſa falſa a [illegible]iecta in ſententia vitiet ſententiam.Bal. in l. qui teſtamento.de excu.tu.

Nota quomodo ſententia facit ius inter omnes,no.in l.in omnibus. de lib.agno.

Si ſententia eſt lata ſuper inempto libello & pro actore,ꝙ erit officium iudicis appellationis.Bal.in l.2.C.de reſcin.ven.

Nota quod ſi procurator fuit litem conteſtatus,& dominus fuit citatus ad audiendam ſententiam.Bal in l,procuratoribus.de proc.dicit ꝙ ſentētia eſt ipſo iure nulla.fac.quod no.in l.1.C.de ſen.& interl.om.iud.

An ſentētia lata ſuper appellatioue ab interlocutoria ſit diffinitiua uel interlocutoria Bal.in auth.hoc ſacramentum.de iuram.cal.

An ſententia poſſit ferri pendente commiſſione.Bal.in l.litigato. de appellatio.

An proceſſus poſſit ratificari poſt ſententiam latam.Bald.in l.Iuli.qui ſatiſ.coga.

An ſentētia lata ſuper appellatione interlocutoria ſit diffinitiua uel interlocutoria.Bal.in aut.hoc ſacramentum.de iuram.cal.

An ſententia lata ſuper nullitate ſit interlocutoria,an diffinitiua.Bal.in repe.l.tale pactum.§.qui prouocauit.de pact.

Sententia præiudicat illi qui ſcit ſuam cauſam agitari. Inno.in c.ſicut. de re iudi.

Sententia lata me præſente cum certa perſona posſidente rem meam, præiudicat mihi quantum ad poſſeſsionem tantum. Inno.in c.ſuper.de re iud.& quod no.in c.cum quis.eo.ti.

Sententia non eſt mandanda executioni contra hæredes defuncti, niſi præmiſſa citatione.Inn.in c.at qui.alias quia.v.de iudi.Ang.in l.oratione. de fer. vide eundem in c.ex ratione.de ap.

An pars ſit citanda ad ſententiam ferendam.Bal.in l.ſi ea,C. qui acc.nō po.diſtinguit inter diffinitiuam & interlocutoriam.

Si duo iudices ferant diuerſas ſententias, quid iuris.Bal.in l. 2.quando prou.non eſt ne.Ang.in l.duo.de re iud.& de inoffi.teſt.l.ſi pars.

Sententia per quam pronunciatur inſtantiam fore petemptam, eſt interlocutoria.Bal.in l.fi.C.ſi tutor vel curator interue.

Sententia qua pronunciatur ſententiam fore exequendam vel non, ſit diffinitiua vel interlocutoria.Bal.quod eſt interlocutoria.in l.ab executione.quo.ap.non reci.

Sententia lata dilatione pendente non valet,gl.in l.1.ff.de feri.

Sententia lata de nocte an teneat.Bal.in l.caſus.C.de teſta.

Sententia lata nulla dilatione data eſt nulla Bald.in l.penul.C. ſi aduer. rem iudi.

An iudex posſit declare ſententiam ſuam fac.Bald.in l.hæredes palam. §.ſed ſi notam.ff.de teſt.

An debeat offerri libellus in cauſa appellationis. Bal.in aut.hoc ſacramentum.de iur.cal.

Proſumitur pars citata ad ſententiam ſi ſſiā tranſiuit in rem iudicatā.

doc.in Clem.j.de re iud.ſuper ver.citatio ſecundum paulum de Leaza.

An iudex in cauſa ciuili poſsit poſsit ponere pœnam in ſententia, Ange. in l.debitor.de re iud.& in Spec.de ſen.§.j.& c.Raynaldus.de teſta.per Io. And in nouel.ad fi.

An ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſit diffinitiua vel interlocutoria, Bal. in l poſt ſententiam.de ſent.& inter.omn.iud.& de ſent. interlocut.Bald. ibidem.

Nota ꝙ in ſentẽtia interlocutoria debet inſeri cauſa abſolutionis: alias iudex facit litem ſuam.Bal.C.de iud.aut.poſt iuſiuran.

Si petitur ſimpliciter ſententiam pronunciari nullam. an iudex poterit pronunciare de iniquitate.Inn.in c.cum contingit.de of.del.in gl.mag.ibi, vel quid ſi petitur ſimpliciter reſcindi.

Sententia debet eſſe conformis libello: quod debet intelligi vt no. Bald. in l.1.C.ſi plures vna ſentẽtia.& l.C.de ſen.ex breui.reci.& l.fi.C.de fideic. lib.Bal.& Alb.ibi,& l.1.C.vt in poſ.leg.& Bal.in l.2.ſi ſeuerior. C. de infa.

Nota ꝙ ſi iudex tollit iuſtam ſententiam per metum, alias non facturus an valeat ſententia, Bal.in l.fi.de pœ.iud.qui mal.iud.

Sententia lata pro filiofam.in cauſa appellationis, ſi non appareat ipſum fore filiumfamilias, quæritur quid iuris.Bar.in l.fi.§.neceſsitate. C. de bonis quæ lib.

An ſententia interlocutoria poſsit ferri parte non citata, no. in l.diem ,p ferre.de arb.& l.de vnoquoque.de re iud.vide Alb. in l.nec quicquam. §. vbi decretum.de of procon.& leg.

An ſententia diffinitiua lata præſente reo citato ad inſtantiam actoris, & ipſo actore non præſente, teneat Ang.in d.l.de vnoquoque ꝙ ſic.

De ſententia lata ꝯ eum qui deceſsit.Alb.in l.pen. quæ ſentent.ſine app. reſc.fac.l.in ſumma.§.fi.de re iud.& l.de qua re.& l.tam ex omnibus.de iud. fac.quod no.in c.2.vt lite pen.lib.6.per Arch.& 24.q.2.in ſumma.& l.nulla.de proc.ſa.Bal.in l.vnic.§.in prin.de caduc.tol.& in l.edita.C. de edend. iu repe.

In quibus caſibus valet ſententia vtraque parte abſente lata, & quid in interlocutoria.Ang.in l.ſi quis libertat.de pet.hæred.

Qualiter res ſit exprimenda in libello.Bal.in l.edita.de eden. in quin. q. prin.& non concluſioni libelli.Bal.in l.hac perpetua.de ſent. ex breui.reci.

Nota ꝙ ſententia videtur habere tacitam cauſam per relationem ad acta, quæ idem operantur quod cauſa expreſſa.Bal.in l.ex morte ad l.Aqu. & C.de erro.aduoc.l.j.ſecundum Cy.

An ſententia lata in cauſa ſummaria propriè dicatur diffinitiua Ange. in l.imperium.de iuriſd.omn.iud. dicit quod non.& l. qui reſtituere. de rei vend.

Sententia perimens exceptionem peremptoriam an ſit diffinitiua. not. in clem.fi.de ap.Bal in l.rei iud.C.commin.prog.vel epiſt.

An ſentẽtia imperatoris vel principis teneat ſine citatione partis, Bal. in l.nec cauſas.de appellatio.

a ¶ De Executione ſententiæ.[a] Rub.

QVONIAM non ſufficit ſententiam ferri, niſi & ipſa executioni mandetur, vt extr.de re iudi.cum aliquibus.& proobatur in ipſa rubrica, dum primò dicit de ſentẽtia, & poſtmodum ſubijcit, De re iudicata, quod executionem reſpicit, vt ff.de conſtit.pec.promiſſor Stichi.§.cõſtitutio.ideo poſtquam de ſententia diximus, aliqua de eius executione dicamus, oſtendentes quæ ſententia ſit executioni mandanda, & à quibus: & in quibus rebus: & qualiter: & poſt quod tempus: qualiter, & quo iure executio petatur: & qualiter impediatur[b],

## ADDITIONES.

a ¶ Tancredus poſuit hanc rubricam poſt illas ſuas, de quibus dixi in proxima. ¶ Ioan.de Deo.lib.Iud.parte.j.2.& 3.de hoc tract.Roſ.de vtroque. Vber.& Nep.de Monteal.vide ſ.rub.Alb.Gal.poſuit rubricam de executoribus ſententiarum. ¶ Gui.de Suz.ponit 4.rubricas: primo de executione rei iudicatæ: ſecundo, an detur tunc libellus: tertio, qui exequi poſsint: quarto, de exceptionibus, quæ executionẽ impediunt.De ſecundo & quarto vide quod dicam j.de lib.concep.§.nunc dicendum ſuper ver.25. ¶ Vidi dubitari circa duos habentes iuriſdictionem cauſarum criminalium in ſolidum in certo loco, quorum alter ſolus habens executionem propter id volebat furcas erigere, an id poſſet altero reſiſtente? Et fuit terminatum ꝙ poſſet: & maximè per l.ſi ita.§.1.ff.de vſu & hab. Non obſtat l. Sabinus.ff. cõi diui.& regula, in re cõi, lib.6. quia hic ponitur, ꝙ executio nõ erat cõis: ergo eius ſolius eſt executio, licet exigeret rei ſignatæ ſignũ: facit ff.de offi. præfe.præ.Afri.l.in nomine domini.ibi, ſicut ex clauſuris, &c. & C.de athle.l.vnica, li.x.ff.ad l.Cor.de fal.l.eos.& de iure annul.aur.per totum: & ſimile ext.vt lite pendente, c.1.& cle.de priui.c.2 Repellendus eſt ergo ſocius, qui nullam iuſtam habet contradictionis cauſam, C.de edic. di. Adr. l.fi. Proteſtari tamen poterit, ꝙ per id nullum ſuo iuri, quod habet in cognoſcendo, fiat præiudicium: facit ext.de re iud.ſuborta.ante fin. & de capel.mo.c.2.ad fi.ad idem ff.de teſta.tu.l.idem fiat.de lib.exhib.l. 3.§. pe.& de aqua quo.& æſt.l.pe.Sed quid ſi ille non habet ibi ſolum proprium, vel ad hoc aptum? Videtur, ꝙ cogi poteſt habens locum ad id aptum, ut illũ vendat, cum in executione harum publica & priuata verſetur vtilitas. De prima patet, ꝙ publicè intereſt maleficia puniri, de ſen.excom. vt famæ.& ibi cum concord.in gl.4.Illius autem eſt homines terrere, ne illa committant: & ſic ante tempus occurrere.C.quando lice.uni.ſine iud. ſe vind. l. 1. propter quam cauſam interdum exacerbantur pœnæ, ff.de pœn. aut facta. in fi. ¶ Quia uero excuſationes pœnarum actu tranſeuntes facilè a memoria decidunt, per induſtriam eſt inuentum illas erigi ad pœnarum memoriam, ſiue terrorem, prout de monumentis dicitur ff.de condi.inſt.quidam in ſuo. Viſus etiam fortius imprimit, quam auditus, Inſt. de gradi. affin. & de his uide prin.arboris. De ſecunda patet: quia ad ſolatium paſſorum dãna, uel hæredum interemptorum id pertinet: & patet in utraque.ff.de pœn. capitalium.§.famoſos.& ſunt quaſi cuiuſdam edicti propoſitio ad delicta terrenda, ff.de uar.& extraor.crim.l.ſaccularij.§. ſunt quædam. Is autem, cui cõpetit diſpoſitio finis, habet diſponere, quæ pertinent ad finem, de of. del.c.1.ubi concor.in ul.gl.& ff.de re mil.l.officium regentis. de ſent. exc. permittimus.& eodem titulo quoniam.lib.6. Per quod concluditur, ꝙ deficientis iudicij loco, quo ſine alterius incommodo poni poſsint, poterit habens locum commodum compelli ad uendendum propter publicam utilitatem, de qua.ff.ne quid in loc pub.l.1.§.ſunt, qui putant.de reli.& ſump. fu.l.ſi quis ſepulchrum.ad Syl.l.lege Cornelia. quemadmodum ſer. amit. locus.C.in quibus cau.ſer.pro præ.lib.accip.l.2.

¶ ADDE, quod hæc quæſtio fuit inter Regem Maioricarum & abbatem Anuamæ: & ſuper ea conſultus Old.reſpondit, ut eius conſ. 161. inci. thema, tale eſt: cum materia quæſtionum inter Regem Maioricarum, &c. uide etiam eius conſi.6.inci.quæſtio talis duo homines.

b Impediatur. ¶ Tria prima membra, & quintũ fuerunt Tan. Hoſti. in Sum. de re iud.§.vlt.coniunxit quinque membra.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia non eſt executioni mandanda, vbi appellatio fuerit interpoſita: & ſi factum fuerit, appellanti fieri debebit reſtitutio.*

2 *Appellans à ſententia, ſemper eſt admittendus, etiam ſi ſine cauſa illam interponat appellationem.*

3 *Appellatione pendente nil eſt in iudicio innouandum.*

4 *Sententia excommunicationis ſecum trahit ſuam executionem: & vbicunque excommunicato ſua deneganda ſunt beneficia.*

5 *Prælati ſententia tenet, quamdiu toleratur.*

*Prælatus poteſt excommunicatum ſpoliare beneficijs, quæ ſub ipſo habet.*

6 *Excõmunicato beneficijs ſpoliato, an, & quo pacto poſſint clerici, ad quos ſpectat electio, alium eligere.*

¶ Sententia executioni mandanda quæ ſit.

1.§. Eſt autem illa ſententia executioni mandanda, quę de iure valet, & tenet, & quæ non eſt per appellationem, vel reſtitutionis petitionem ſuſpenſa, C.de executione rei iud.l.1.& l.ſi, vt proponis.& l.fi.ff.de re iud.ſi cum nulla. C.in integ.reſt.poſtul.ne quid noui fiat, l.1, ff.ad Turpil l.j.§.fi.alioquin differri debet, donec appellationis, vel reſtitutionis quæſtio decidatur, ext.de officio delegati.c. paſtoralis.§ prętera & §.fin.Si verò ſuſpenſa fuerit per ſupplicationem, executioni mandabitur, ſed victor ſatiſdabit de eo, quod obtinuerit, reſtituendo, ſi contingat priorem ſententiam retractari, C. de precib. Imperat. offe auth.quæ ſupplicatio.Sed & ſi poſtulata in integrum reſtitutione, & obtenta, pendente cauſa præſumptio ſit, quòd malitioſè poſtulata fuerit, mandabitur executioni ſententia ſub præ-
1 miſſa cautione, vt ex de in integrũ reſtitutione, ſuſcitata. †Quod autem dixi, appellatione interpoſita non eſſe ſententiam executioni mandandam, verum eſt: & ſi factum fuerit, poſſeſſio reſtituenda eſt appellanti: & reuocabitur, quicquid factum eſt, etiam prius quam de meritis appellationis diſcutiatur: vt extr. de iureiur.venientes.in fi.& in præ.§.prętere.& extrà de app.dilecti.& in authent.vt nulli iu.circa principium, & 2.q.6.appellatione. Et hoc dicunt quidam verum eſſe, cùm appellatur à ſententia ordinarij, vel etiam delegati, cui commiſſa eſt cauſa ſine remotione appellationis, vt in præ.concord.ſecus ſi ſit cauſa, appellatione remota, commiſſa: quia tunc appellatio non impedit executionem ſententiæ talis delegati, vt in § præ. vbi quæritur, an commiſſio obtenta ſuper cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia eius, qui datus erat appellatione remota, impediat ſententiæ executionem? Fruſtra igitur hoc quæritur, ſi eam ſola appellatio impediret. In e.§.etiam dicitur, quòd eo ipſo, quòd Papa cauſam appellationis committit, reuocat iuriſdictionem prioris iudicis: vt interim executio ſententiæ ſuſpendatur. Ergo à contrario prius quàm fiat commiſſio, primus iudex poteſt ſua iuriſdictione ſententiam exequi.ad idem facit eodem titulo, ſuper eo in fi. ibi, nõ illis, ſed partibus appellationis remedium eſt ſublatum: hoc eſt dicere, quòd propter partium appellationes iudex non dimittet ſententiam exequi, cum eis fuerit appellatio interdicta.ad idem facit extrà de app. paſtoralis. Ideoque non reuocabitur, ꝙ poſt talem appellationem factum erit, donec de appellatione ſit cognitum, extrà de dilat.cap.1 ſecundum G Na.& P.de Samp. Sed contrà extr.de officio delegati, cum cauſam, quę vertitur. & capitu.cum olim.in quibus non fuit remota appellatio, & tamen non retractatur ſine cauſæ cognitione, quod fit poſt appellationem. Dicit G. N. quòd ibi cauſa fuerat appellatione remota,

com-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN